

Nova medicina : in qua multorum errores in hac praestantissima facultate reteguntur, antiquus suus honos medicinae restituitur ... / Per Hieronymum Brisianum.

Contributors

Bresciano, Girolamo, active approximately 1590.

Sloane, Hans, Sir, 1660-1753

British Library

Medical Society of London

Publication/Creation

Venetiis : Apud Damianum Zenarium, 1591.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/jtztrndn>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

2

NOVA
MEDICINA,
IN QVA MVLTORVM
ERRORES IN HAC
PRAESTANTISSIMA
FACVLTA[T]E *Duxit*
RETEGVNTVR,
& antiquus suus honos medicinæ restituitur.


AD LIBERVUM BARONEM
D. IOANNEM IACOBVM
KHVENVM &c.

Per Hieronymum Brisianum Salodiensem Medicum.




Venetijis, Apud Damianum Zenarium. MDXCI. 6.

5
АИДОГЕН
ПЕРСИАНОВИ
САНДЖАК
ПЯСТИТАРАЗ
САЛАТ
РЕДУКЦИИ
АДАБЕРМ АБОНЕ
ДІОНИСІОЛОГІЯ



СЕДИМНАДЦАТЬ

Академії Абдіяноман Сабури. MDCCCL



PERILLVSTRI
ATQ. GENEROSO
DOMINO
IOANNI IACOBO KHVENO
EX BELASIO IN LIECHTEMPERG,
ET GANDEGG,

Libero Baroni ad Neuempach, Domino Iurisdictionum
Nauders, & Altemburgi, Sacrae Romanæ
Cæs. Maiestatis &c.

Necon Serenissimi Principis, Archiducis, Ferdinandi Au-
stræ à consilijs, Vice Capitanio, & Burgrauio,
Prouincia ad Athesim, & Tyrolis Do-
mino obseruandissimo.

Hieronymus Brisianus S. D.

VM Reges, & terrarum Principes,
olim studijs liberalibus, atq; mi-
nus abiectis Artibus nullo tem-
pore non vacarent, vir non mo-
do titulis peri llustris, æquitas vbiq; vigebat,

nec inuersi, noui q̄; mores adeo passim succre
sc̄ebāt, aut alieno imminens auaritia nefan-
do vitiorum satellitio comitata bonos aude-
bat insultare: Nā Censoria Maiestas, vel mul-
tabat iniquos, siue ab hominum societate re-
legabat notatos: detegebātur, n. crima for-
didioris cuiuslibet ab illis, qui sapientiē simul
ac eloquentiāe incumbebant, vt qui forent
animo libero, & rebus humanis vilibus supe-
riore; Fācies interiores omnium resignaban-
tur; Non mediocriter ob id ex eis erat insi-
mis timendum peræque ac summis Magna-
tibus: etenim fuit quidem perpetuo virtuti
data vēnia contra vitia sibi natura toto con-
traria diametro bella gerere, insectari, scom-
mate, conuitijs, disterijs, salibus dentatis,
impetere, clariores hominum promiscuam
multitudinem sine discrimine liberius per-
stringere; Nunquam laçessebatur vates quin
excepta subinde rētorqueretur in inferentis
caput iniuria: quia de plaustro malē audien-
tes contumelijs afficiebant, si minus noluis-
sent illorum probra clanculum demorsa sub
cœlum proferri; propter eam causam Iulius

Cæsar

Cæsar cumulauit Laberium Mimorum auto
rem donis , eiique elargitus est aureum annu
lum , nequid de ipso caneret, quomodo Ti
mogenes historiographus petulanter in il
lum , vxorem , & totam domum eius , dixe
rat : quoniam singularis hæc est species mor
taliū prompta maculas animis, vel nitidis
simis obducere , & ad suspendium quando
que sicuti Lycamben , cogere : Phalaridem
pietate comēdatissimum reddere ; Mima Ty
ranica potestate detestandum præbere ; Ro
manus sapiens Mœcenatem tanquam mol
lem insectatur vbiique ; Neronem impuden
tissimam bestiam laudat ; Dido fundatrix
Cartaginis pudicissima vidua ratione dierū
subducta , quibus Troiani nauigarunt in Ita
liam , nunquam vidit Aeneam , cum tamen
Andino carmine nobilis fœmitia deputetur ;
E diuerso autem Penelope φιλότητι μιχδεῖς , vt
Homerus loquitur , cum Procis genuit Pana ,
quāuis vniuersis penè sit castitatis dote præla
ta . Hac ergo ratione iustos impios , impios iu
stos , esse facile persuadebāt . Propterea rite si
bi consultū quiuis semper iudicauit , si cum

non

non potuerit eorum stylos euitare , pro ma-
ledictis beneficia reponeret , & omni studio
niteretur in gratiam redire cum ipsis , quam-
uis esset etiam talis , vt nec Momus quiret eū
redarguere ; Nunc autem permissa quoque
est hæc libertas ingenij , ne sine aduersario
marcescant , vt destomachentur in quorun-
dam vitam lusibus , & prauè gesta damnent ,
modo ne licentia exeat in rabiem , nulliusve
os honesti lædatur : non enim parum est vti
le vitiorum glomos euolutos cernere , quos
pectore clausos veteratores aliquot tegebāt ,
nihil rescitum in sperantes ynde venirent ab
aliquo tempestatis huius æquissimo Catone
condignis suis meritis ornati , neque pauco-
rum doli reciderent amplius in iacturam , &
calamitatem plurimorum quemadmodum
sanè fit erroribus circa Medicinam , qui iam
nonnullos annos à me animaduertuntur ; in
quorum detestationem libuit reuocare sensa
à dignioribus Musis , & huc conuertere , non
sane odiosam illam scelerum Camerinā mo-
turus hoc laboris lucrifacere , successuisque
ab operis subducere , volui ; vt autem pauca
isthæc


isthæc scriberem varia perpulit occasio, nem
pe contemptus Artis diuinæ opera quorun-
dam diu haberi cœptus, meumque de om-
nibus benemerendi studium; Nam qui cri-
mina non accusant ij non leuius peccant,
quam qui virtutes non laudant: neque enim
decet virtutem sine laude, nec malitiam sine
vituperio, atque reprehensione, relinquere;
Atqui tamen nec veteris more comediae cer-
tos elegi, nec dignos perstrinxi; si quis lingua
me in freni dixerit impetus oratione mea
nempe reputetur; quamuis etiam nihil ob-
stet aliquem piam ledere nemine cartis suis,
attamen modice pudibundis quāplures mor-
daci rodere vero, quod idem non sint scriptu-
ra, & Leucæus. Cui tamē dicarem meritò ser-
monē hūc succurristi mihi Heros splendidis-
sime fautor literatorum, & iustitiæ amās, qui
pro tui pectoris integritate cognitis pauco-
rum latissimis culpis operæ pretium feceris
omnium rebus, & saluti, consulere, qua ra-
tione prudētissime instituisti, postquam ma-
gnus Tyrolensis Iuppiter eius Prouinciæ exor-
nandæ curam tuis humeris imposuit, & He-

roicæ

roicæ virtuti dignè regimen commisit ; In
quo munere obeūdo quamuis antiqua per
se Khuenorum familia , loculentissimę Maio
rum tuorum imagines , nulla cumulationoris
honoris auctione indigere videatur , attamē
boni quique intelligunt tantum sibi splen-
doris posthac accessurum quanto valeat su-
per reliquarum nobilitatem suum caput ex-
tollere , & immortale decus , æternam glo-
riam , ab hac optima administratione tuo no-
mini , titulisque Auorum , comparare , sicuti
pro mea singulari in tuam humanitatē ob-
seruantia , atque officio referendæ , qua mihi
ratione licet , gratiæ tuæ erga me beneuolen-
tiæ maximoperè cupio , & ex bene auspica-
tis tuarum laudum initijs planè fore confido.



NOVA MEDICINA,
PER HIERONYMVM
BRISIANVM SALODIENSEM
MEDICVM.



VAM sit irrigatio leuior imi-
tatione, sive, ut Graci dicunt,
μορεύειρ. ή μεμέσοδαι vel ex me-
ipso iam nunc intelligo; Quip-
pe, qui Poetas vanitatum
Plastes, nuguendos histo-
riographos, oratores polistre-
pos, vanos philosophos esse putans audebam ca-
uillari grauia illorum scripta, quasi nugis anili-
bus, merisq; vigilantium somnijs, respersa fo-
rent plerunque, cum primis autem ubi prestari
fibi fidem volentes referebant gesta, aut dicta,
quadam sub tenebras, & noctem, percepta, vi-

B sag

saq̄ multa solis ipsis idola, lemures, spectra, ter-
ricula, dum sine teste sibi phantasmatā contin-
gunt, ac immensi spirant mendacia folles; Pro-
ximè verò sum sensibus arbitris euictus pristina
opinione remissa putare nihil penè scribi, nihil di-
ci, præcipuè veteribus, quod non possibile sit, et
creditu dignum videatur: Certum quidem est,
quod ολλαχεύδονται, et alios quidquid in mē-
tem venerit calamis ducere, sed non prorsus a-
lienum à Natura, cui nil difficile factu cum sit,
neque à suis amulis scriptoribus dici prorsus ab-
surdareputandum; Non erant umbrae verbo-
rum, non gryphi, qui produntur fuisse visi à ma-
ximo totius eloquentiae lumine quietis tempore
cum Archia tragœdys in theatro certare; at
postquam illum superasset defectus tamen appa-
ratus ab illo vinci suæ non remotæ necis Antipa-
tri imperio destinatae firmum argumentum in
fomnio declaratum; sicuti ex auspicijs quoque
summo Oratori Romano morituro crudelis An-
tonij mandato; sed forsitan confinxit his aliquid
simile Rodicus ille Corus in libro, qui inscribi-
tur ὥπαι, de Hercule virtuti pariter, ac volupta-
ti, congresso, utraque hunc ad se trahente, tan-
dem

dem ab illa superato , altera spreta ; Neq; quod narratur de uisione gloriosissimi Patris Hieronymi , cum vaceret Ethmiorum lectionibus , fabella reputetur ; siquidem vatibus ei plurimum dilectis aëstro diuino plenis admirabiliora sapius accidisse proditur , ut diuersas nimirum formas Hominum , Heroum , Daemonum , manifeste spectauerint , & sermone longo coram secum egerint ; Sapientibus , & probis , notis , proximis , amicis , similibus , conciliante virtute , Deo , eo uno minoribus , diuitibus , qui omnia habent , neque quidquam habent , nihil cum est , nihil desit tamen , quod virtus licet sèpè careat nihilominus tamen indigeat nunquam , liberi , honorati , pulchri , Reges denique Regum , superrum bonitas , usque maximoperè fauet , quod eos nulla vilium , & abiectorum , curat anquam apathia sectatores unquam deuinciat , nec admodum impensè humanis affectibus tangantur scientes , quam contempta res sit homo nisi supra humanase erexerit , ast eterna , vel horum studiorum terrena , perpetuo voluunt animis , immortales sedes suspiciunt , & ad eas aspirant quasi olores Apollinei cum Diuis commercia repe-

rientes aliquando, prout communi quodam bo-
no, & fausto sidere, (nisi tamen cura phanta-
stica totum hoc, quidquid est, effinxerit) obti-
git mihi; summo euigilabam mane dum appe-
teret aurora, quæ communi verbo prædicatur
operis diurni, & Musarum laboris tertiam,
partem perficere, nec adhuc antelucana opificum
sedulitas molesta contemplatoribus exaudieba-
tur, quando stare prae facie muliebris visa est sta-
tura, habitu supra fœmineam conditionem au-
gustiore, venerabilem, regiam maiestatem, vul-
tu declarante, & aspectu quid Diuini adflan-
te, quo me totum commoueri præcordia circum
repente senserim; Atque utrum Homericum
foret aliquid Idolum, phantasma, semisomni
illusurum, an aliqua ex Deabus ab antiquis ce-
lebrata, cœpi mecum subinde cogitare; Et quo-
niam proximè rumores nescio, qui de bello in-
nouato, de Regum, & rerum moderatorum,
fœderibus ictis dispersi fuerant, libuit subuereris
famæ, siue fidei præsentiam adesse; neutri tamè
ornatus suus respondebat à Pictoribus, atque
Poetis, figmentorum germanis fratribus eisdem
coloribus attributus; Non ulla Litarum, non

Ate,

Ate , præferebat induit, ne que Nemesis Dea
nomine Latino nondum ne in Capitolio quidem
notata ultrix iactatia & conficta à Prioribus , siue ea
dicatur Fortuna largitrix omnium bonorum ,
cui Primus Adraستes templum struxit , quia
valde raro consuevit se conferre ad mei ordinis
homines , nec vestitus etiam admodum super-
bus erat , de illa quoque cogitationem dimisi ;
Huic amicitia proximam sum ratus inde esse
Inuidiam pulcherrimorum facinorum Comi-
tem sanè egregiam , qua me sapientius inuisere , vel
circumuenire potius , adsolet (quo verò nomine
hercle ignoro , nisi velut aruspex nouus , fatus-
que vates , insidiatrixem virtuti diuinem)
non ut sit mecum , non inscia (nam Dij , Deaq;
omnia norunt) ægritudinem nullam rebus ex al-
terius secundis oriri , nec ullam inuidientia pe-
stem residere , in pectoribus Philosophantium ,
sed pro suo ingenio factura negotium tranquilli-
tati ; Repetita verò memoria inuidiæ graphira
forma sua multis descripta nec aliquid eam simi-
lis habere animaduerti ; Minime omnium de
Laruis , aut intemperijs , aliquid speravi ; res
enim nulla vim nocendi seruat bonis præterquā

vna torpitudo; si non sit ergo dictarum aliqua
reputata est ipsissima Famis effigies: nam grā-
fians ubiqꝫ populos miserrimè torquet; omnia fo-
rinsecus ornamenta propriasibi iudicabam, ne-
glecta, immunda, pannis, annisqꝫ ohsita, ruga-
ta, cute, dura, erat, vix ut stare posse debilis
appareret; eam proprio nomine putato compel-
lare libuit, negat meum præposterum de ipsa iu-
diciū, nec aliena estimatione sibi fieri à mero-
gat iniuriam; Tunc interrogare illam, Qua-
nam esset sum ausus, unde gentium veniret,
modi te mōlis, nō d' toxīs, nec est longum morata re-
spondere, Salus, inquit, Dea sum credita salu-
tis, & incolumentatis, Domina, Aduocata,
Mundo Clarissima toto: Roma mihi patria est,
& aedes sacra iuxta portam meo munere salu-
tarem nominatam, quam Metellus affixus an-
te alecto, & ope adiutus inde mea gratissimus
olim dedicauit, Opifera Deafano curauit inci-
di foribus titulum; Nata quidem vetustissimo
eo tempore, qua nocte Saturnus ex Phylira su-
sccepit Chironem unum de Centauris eadem cū
Elpide formosissima Nimpha commixtus me ge-
nuit; Ille naturam doctus herbarum, & vires,

in optimum Medicum euasit , atque Aescula-
pium medicinam , Herculem quoque Astrolo-
giam , docuit ; Ob id translatus in cælum nume-
ratur , Et inter maiora signa sagittatoris nomen
tenuit : hoc enim est Deum esse mortales iuuare ,
prodeesse vniuersis ; Cum eo exorta , cum eo
semper in viuis fui ; diuersum tamen inde mu-
nus mihi consignauit utriusque communis Pater ,
quo minus hominum genus per se calamitosum ,
sive meo praesenti numine vita miserrima sta-
tum in meliorem fortè conditionem suspendio ,
Et præcoci nece , commutaret ; Iussit me in ter-
ris viuere cum multis numinibus , Et infinitis
demonibus , quibus profecto sunt omnia plena ;
Quamuis autem diuinitati meæ structum sit
Paris de marmore templum in Metropoli Ci-
uitatum , Et mundi Regina , tamen hac illac ,
circumcursito , ac urbes inuiso , Et raris habita-
tam apalia tectis , ubi quis agrè laborat , Et sua-
rum rerum satagit , adcurro statim , prestò sum
latura auxilium contra suamala , ne quis ex a-
lijs cœlitum spartam mihi Saturno consignatam
deseruisse deferat ; nulli meus fauor , officium ,
studium , nisi scilicet nio cui piam , Et nauci , dees-
se

ſe patior, ſi modo fidens materno numini pare-
re ſubinde mandatis meis, aut Medicorum, non
repugnauerit.

Quasim, unde profecta, Genus, & patria,
tenes, iam cur venerim accipe, ſed videor mi-
bi videre te mirabundum coniectos oculos in me
tenere; forſan quia nullus color, nullus decor,
ſit, cum tamen veneris perpetuo ridentis, &
excultiffima, ſim dicta ſodalis, & pene ſoror;
aut aliquis nitor, arata fulcis frons, capitis ni-
ues, ſenta, ſquallida, propè agra, cadaueris ſi-
millima facies, quaſi ſint capulo proxima, vel
cyppo, ipſa demum, qualem cernis, habitudo
totius deſpicaciffima; voluptatum, Gratiarum,
Parens genita, cui robur ſolidum, firme vires
animi gaudia, cordi ſemper erant; Namq; vi-
ta mortalium decus, & malorum dulce leua-
men, verè perpetuo fui Lixi, Hymenei, Iuuen-
tam, dulcesq; iocos, præbens; Illa demum largi-
trix εαώ; Transfigurationis huiusce cauſam te-
nebifſirem, nec quidem multis, expreſſero, ſi-
mul aditionis huic mea ratione prodiſa; Illud
nempè debes in te fuiffe iam expertus, ut & ca-
teris hominum, niſi qui plumbea penè ſimulacra
ſint,

sint, & humanam formam tantum de cuto re-
ferentes, stupidi, atque ab omni sensu prorsus
alieni, præcipua, ne totam dicam, miseria se-
mentem perturbationes animorum, παθίωσα,
vel perpessiones, semper extitisse: necesse est e-
nim compati corpus, si minus belle prius Anima
se habuerit species integra totius; & hinc gra-
uioribus tormentis succumbimus potius, quam
rebus à contrarijs uniuersorum; nec alicuius
prope medel& sentimus op̄e corpore praeve. dispo-
sito, nisi praconsultum ritè fuerit diuiniori illius
parti, quomodo Stoicus ἀπαδει, & è nostris Se-
neca vir amœnissimi, ut Tacitus ait, inge-
nū, facere studuerunt affectus omnes, ceu
morbos, à nobis se mouentes; Ipsa vero perpe-
tuitati, si fieri posset, & tutela, mortaliūm pra-
posita conditiones etiam communes cum eis sum
à Fatis sortita, non queam ut immunis esse ve-
stris omnino calamitatibus, quarum plerasq;
sensi iamdudum animo sollicita cœtus humani
salutem commode tueri, sicut enim Republicæ
Gubernator alicuius per uigil animaduertens
errata varia nasci, turbari quietem publicam,
defraudari insontes, inopes opprimi, expilari

C quan-

quandoque fana, nec sibi adesse vim Provincie
traditæ laudabiliter exornanda nonnullorum
culpa cœlum, & terram, natorum confunde-
re, dolet, atque angitur, ita & ipsa summope-
rè tristos, & dudum iam memet macero, quod
optimo bono meorum non liceat his in locis, ubi
adeo intelligo valde laborari, prospicere; quia
non mihi uni penè bellum mouetur, & popu-
lea quieti, sed & ipsi Natura plus quandoque
ferentis auxiliū vobis aduersus trecenta morbo-
rū genera veteribus notata, præter nouos ortos,
quam salus Dea, cuius si nunc commutat am-
formam cernis, nec antiquum honorem, vultus
gratiam, oculorum venustatem, Priscis scripta-
ribus mihi suis engomijs attributam cruces ani-
mi, flagella curarum subinde orta, me consum-
psisse dico: nec enim somnum video, quod de-
decus sit dormire cui tantorum salus curæ est,
postquam res humanas retrocedere, & in pe-
ius ruere, hic paxim cognoui, talis, eaq; est, igno-
ratio turpis cum ambitione coniuncta vilissimo-
rum quorundam facta meis operis, & votis,
aduersaria; Quarit autem forsitan audire qui
nam sint hi? Dicam; siquidem annuere mihi

depur-

deputaris, quo fiant inde noti per te, & in sa-
pientum voculas incurvant isti nobiles, & egre-
gy, si superis, & imis, Dijs placet, homines sibi
reuera prius, communi deinceps fælicitati, ho-
stes nati sempiterni; Triplex istorum genus a
meis populis salutem arcent, & quantum est in
eis, vellent plerunque abesse, si rebus, quas un-
cis vnguis retinent, hinc inde corrasis spera-
ret sua cœca libido insuper vel teruntium posse
quoquomodo superstreuere; Priores sunt Escu-
lapij discipuli, Delphici numinis interpretes, opi-
nione propria, famosi, subsequitur hos non exi-
guas satellitum manus armata cultris incisijs,
forcipibus, terebellis, varijs, ferulis, balistis, li-
mis, glosocomis, melis, lanienis hominum me-
ris; Comitantur istos corij veteris, vel πατρυά-
των, omnigenarumq; rerum, coemptores falsi si-
multitudo spectetur eorum sordida, & abie-
cta, sex plebeculae, speciarij nuncupati; De
quorum moribus, institutis, & operibus, vita
referam precipua, & maiora, tantum, que tu
quoque (si modo volueris inficiari) sapius inui-
sendis agrotantibus animaduerteris, non ut sciē-
tem doceam, sed quatenus hoc sermone tibi sub-

inde describendo postea lecto viris & quis, & au-
toritate grauioribus, omnino constituatur hanc
pestem tantoperè saluti rebellem proorsus expia-
re, aut edicere mandato, publicare lege inter-
dicere, ne quis in posterum corpora vestra di-
uorum templo sanctissima tractare audeat cum
summa peruersione totius cœlestis artis Medicæ
non amplius cognoscendæ Parentibus antiquis,
si rediuiui forent, adeo facies eius venusta de-
fædata est manibus istorum obscœnis Chirurgo-
rum cum primis particulam Medicinæ profiten-
tium.

De quarogote non pertædeat audire pauca
tibi licet incognita minime: nam sic & alij digno-
scunt quid recti de ipsa sentiatur ab istis; Quo-
niam nosti vetustissimis maximè temporibus eā
fuisse natam: Nam postquam homines paſsim
venari bestias, iugulare, contra edicta Pytago-
ræ, cœpissent, & extinctarum cadaveribus ve-
sci, longa consuetudine facti sunt ita crudeles, &
impotentes iracundi, quod à saxis, sustibus pu-
gnis inter se, ad arma venerint; Antea quidem
monomachia dirimebantur lites, postea concur-
ri cœptum est à pluribus, & instata sunt bel-
la,

la, vel ab inferis im missa potius, ut Poeta sen-
serunt; Cumq; vulnerati multi caderent mo-
ribundi remedia quæsiuere, in hominibusq; re-
periuerent: Sic enim constitutum est rebus omni-
bus optimè à Natura, ut unde summa pernicies
proficiat, exinde quoque maxima utilitas e-
nascatur, & qui noccre quandoque potuit idē-
met etiam subinde prodesse valeat.

Itaque Aegyptiorum rex Apis senior fuisse
proditor, vel adhuc antiquior ipso Myzrai fi-
lius Cain Nohæ magni nepos; Extitere deinde et
alij, Pythagoras, Democritus, Machaon, &
frater Podaleirius Aesculapij filius, qui à Chiro-
ne didicit, ut Achilles, quoque in Bello Troia-
no non minus robore corporis, & armorum tra-
ctatione, decantatissimi quam celebres extite-
runt hac duntaxat insigni Medicæ facultatis par-
te cum multa corpora casæ de limine propè mor-
tis ad vitam reuocarint: tanto enim glorioius
est unum iam deperditū seruasse, quanto sauius
eodem tempore plures prostrauisse; Quales au-
tem Graciae Principes essent illi non ignoror te du-
dum iam percepisse, cum tuis ab annis primis ca-
ptum lectione Maximus eius Duelli scriptor suo
diuino

diuino ingenio perpetuo detinuerit; Item qua
doctrina prædicti, qua rerum cognitione præsta
rent, suarum laudum Praeconis tuba crebro per
sonat; Non defuerunt etiam Troianis egregij
viri, periti, qui manus usu perfossa corpora, ma
le habita, sublevarent; à Gracis alij sunt produ
cti Roman, quorum nomina non interest adeo
referre; Plinius sentit Archagatum Peloponē
sem Chirurgiam priorem consumasse; Deinde
surrexerunt ingeniosiores intellectus; (profici
mus enim semper in dies accurati) quorum labo
ris hodie fructus non degustamus modo, sed co
piosè fruimus, & hanc præstantem partem me
thodis, præceptisq; varijs, descriptam perfece
runt; Galenus maluit erudire per plures scri
bendo quam paucis esset auxilio manuum cura
tioni non semper implicitus, suasq; partes Chi
rurgo, leues tamen, deferebat; Postea sunt ple
riique arbitrati ministerium vile, & officium
sordidum, sibi esse tractare vulnera fætentia, sa
nies emundare, sic lauiores effecti, vetustissi
mam hanc partem propè neglexerunt, & subla
to vertice ob honorem per eam comparatum om
nino curam, studium, solitudinem, abiicientes

tes ad istos Chirurgos uniuersam rem manua-
riam reiecerunt , ab Hercibus nempè tam di-
gnum negotium depositum infimis homuncioni-
bus à Crasis inopibus Iris , à Democritis reli-
ctum est Morychis , & fatuis Coroebis , vetula-
rum nempè Cunnipilis , natitersoribus (absit
turpitudo in verbis : dico enim sermone celebri
potiusquam eleganti) quiq; sunt cuiuslibet hone-
statis rusticī , & agrestes , in cognitione prorsus
Arcades , ingenio plusquam pistillū retusiore siph-
niassare potius tremuletia ducti commodiōres ,
non autem ulcusculo detergendo , vel splenijs ob-
ducendo , lycnicis illiniendo ; non omnes uno fas-
se complector : sunt enim digni , nec rationis usū
expertes cuncti , plerique tamen à quibus singu-
laris me pugna manet , quoties infantissimi cæpe-
rint opera sua quempiam infelicem doloris cassi-
bus implicare , non consulto graui aliquo viro ,
qui totius corporis curationem pramonstret an-
te singuli mēbri tractationem necessario fore in-
stituendam : nam siue graue , siue sit mite , ma-
lum semper faciunt recrudescere , nec aliquid
præstitisse rentur , nisi sopitos dolores expergesfa-
ciant adiuti quandoq; à triario milite fortis quo
misericordia

miseri decumbentes persentiant se strenue labo-
rare; Tunc suos pulueres, unguenta, cerata,
olea, nuce quidem cassa non emenda, depro-
munt, iam proprio macte ingenio apparata, coa-
ptant in usus morbi, quamvis ignorent non res
modo gluten illud componentes, at qui nec nomi-
na quoque rerum; satis officio, & cumulata,
factum suo temerè putant, si quis interroget quid
ea sint, respondeant, nos fecimus, hoc est elexir
vitæ, Balsamum vocamus alterum; sunt hæc,
& illa, secreta, quibus nos semineces varios re-
uocamus ab orco; Frequenter inde evenit quod
Natura domitrix ægritudinum sapè ex insidys
bella gerentium cum arte medica, mei singula-
ris Patrona, salutis hominum Domina, cupiens
hemorragiam sistere, sinus obducere, tollere
phlegmonem, in statum priorem lapsa membra
reponere, ad contraria rapiatur suorum medi-
caminum violentia; namque de una fidelia pa-
rietes multos dealbant, cum ulceribus idem sem-
per emplastrum facere velint, quasi bonus ille
Lucrio, qui pedis Herculi paruum, magnum
pumilioni, calceum inducat, ex quo fit ut à mi-
nima intertrigine, furunculo paruulo, verruca,
chironia,

chironia, telephia, vulnera increscere s̄epissimè
deprehendamus; Rogatus aliquoties, sed non
exoratus semper ab aliquibus honestis viris præ-
esse quasi lanista miserando spectaculo pinsoris,
lignarij, cuiusdam tabidipedes cum tibiareddi-
di mineralium pharmacorum usurpatione leta-
tum plerumque, si non præparatione corrigan-
tur, illuc nisi serra carnifices occurrisse gangra-
na rep̄sisset vniuersos; Consimilia negotia passim
lachrimas excutiunt presentibus Tantalo mi-
rioris Tragœdia; triumphant illi non secus atque.
Noui Hercules Excetram perdomuerint tan-
dem capitibus omnibus obsecisis; sed maior gra-
tia deberetur illis à me si pro decem amputatis
cubitis, & crure mutilum unum, aut mancū,
facerent integrum; Nec laboris aliquid exbau-
riretur ab eis in truncandis his partibus, nisi ca-
lorem proprium, & non ascitum, suis extra-
neis pharciminibus (sic enim appello sua) extrus-
derent; Rariores etiam prostarent templorum
fores manum ad stipem porrigentes, in compi-
tis, plateis, foris, pandocheis, non audirentur
queruli Deos, & homines, implorantes adeo
torti, gibbosī, claudi, vix ducentes ilia, si teme-

D rarij

rarij noscerent ante a partium structurā nostri,
constitutionemq; totam corporis, quin perple-
xissimum Labyrinthum, quā in reponere decisas
loco suo membra propriam in sedem tentarent
quis enim ignarus rectum esse sui index, & obla-
qui, bene operabitur? Peccant, nec se moneri
ferunt; sat, aiunt, attracto superciliosus exper-
ti sumus, nostrum hoc prostitutum, institutum.
inquam, vetus est, nec indigemus doctore; pœ-
nas interim dant simplices agri modo soluti to-
tius unitatem, quandoque conformatioinem,
vitiantibus affectionibus, & alijs: nam se quo-
que insinuant interna morborum curationi, sicut
ti febrium, quarum vis incendens totum cor-
pus fumis caput petentibus exarescere linguam
cogit, nigrasq; fauces præstat, & omni raro ad oras
epi yrigopar yiveta, hac ubi vident iij statim profe-
runt habere prain; (sic enim linguae siccitatem
admixto colore nominant) tunc ne tantulum
quidem mali se facere reliqui existimant, si scat-
pellis asperioribus etiam atque etiam perfricue-
rint; Instant huic operi in tantum quoad abra-
sa cuticula sanguis exeat aliquando necem para-
turus suffocatione; Nulla persuadente ratione
talibus

talibus, non hic radicem mali fixam, sed atras
exhalationes ab igne circa phrenas incenso subla-
tas ariditatem feruore mixtam palato accerse-
re; Tanti sua est cuiusque autoritas, siue φιλο-
τια, quod nulli sapientum leniter cedant, ubi pre-
cipue recordia coniungatur animi obfirmatio;
si qua foret in istis iudicij, aut pietatis, scintilla
pinguiscula eorum conscientiae deprecarentur
culpas, nec adeo scytice manus injicerent homi-
num vite; Modo spes vigeat auferendi quid-
quam non est quod preterea tristet eos in quam-
libet partem cadat salutis, & necis, alea; scio
quorum nam referat temeritatem nebulonicā
reprimere, ne prolixius in dispendium populo-
rum serpat labes ab eis profecta magno mei do-
lore; si probae ciuitatis administrationi praefecti
sunt prudentia, & bonitate, viri præstantes,
qui Rhamnusia docti monstrant in omni re, in
omni negotio, modum esse adhibendum, cauetq;
ne qua fraus ulli intendatur, ad eos ipso quo-
que pertinet ut vel hoc agmen pecorum desinat
male quandoque facere, vel negata professione
clanculariam ullam artem melius condiscant
proprio sudore, non alieno malo, victimum quasi-

turi; Vbi propositum suum nolint omittere, per-
gantqz nouam artem prosequi veterem insequi
valedictore regulis, & præceptis, antiquis condigni
reputentur, qui vindicti redigantur ad scalmum
in triremibus ut biscocto latrantem stomachum
sedent.

Plura de his dicere nec lubet, aut licet, absqz
magna animi mei perturbatione referre ea, qua
non pudet istos in meam fermè perniciem quoti
die solos facere, multusqz honor tribueretur sibi si
queribunda velim de illis longiori sermone abu
ti; Venio ad istis proximos nihil amiciores no
bis quàm primi: factant enim se non quidem
in lato fornice seruare quidquid olim cornu A
malthea continebatur, & quæ prolixo Natura
sinu maris, soli, aetheris, souet; Quid hoc homi
num genus sit, & quanta in estimatione vobis
debeat haberi, cognoscetur à singulis, quando
forsitan perceperint alloquium hoc tecum habitū,
visumqz tibi relatum, cui non minori penè cure
esse satis habeo exploratum commune bonum,
quàm mihi, nec minus omnium vicem dolere
te, atque ego soleam, tanquam veritatis, &
equi, non vulgarem Zelotipum, nihilqz præte
reuntem,

reuntem, quod eorum vita scenam queat, vel
lippis oculis diutius obuelare; Vtrum verò Duo-
rum Natura hostium sempiternorum grauius
negotium faceſſat, & malum præſentius aduo-
cet meis, nondum planè diſcernas: Nam quā-
uis illi ſtatiſ detracṭa fermè persona quales nā
ſint declarantur per errores, hi tamen materiā
ſubminifrant occultæ, & præſentaneæ, cladis ho-
minum futuram, timendum ut ſit magis à la-
tentibus iſtorum imposturis aliquo numero non
bene comprehenſis, & vix à lingua ferrea dinu-
merabilibus; Opificium namq; totū fermè Vul-
garium Pharmacopæorum nil niſi dolus eſt, &
mendaciorum refertiſſima Taberna; Quod in
Artis infamiam dictum non eſſe perſuadebitur
ex hiſ: nam Seplasiarij de caula, grandesq; ſa-
pius abducti, miſerrimè nutriti ſunt, vitam du-
riter inuiti traducentes, nil aliud a què benè con-
ceperunt, quām strenuè mentiri, facit enim ino-
pia mendaciſſimos quoſque, nec non fallere pe-
culiare donum eſt auaritiae paupertatis Comitis
deuinctiſſime; Probos, & ingenuè altos, ſemper
excipio, non ignaros omnino literarum, probisq;
moribus, quod in omni vita loco præcipuum re-
puto,

puto, præditos, consummatos sub Prudentibus,
Et expertis, institutoribus circa medicamina
quevis, Et artem dignè tractandam; Quales
alibi non paucos laudandos noui; Tridenti au-
tem per aliquot annos expertus fideles, atq; sin-
gulares, Martinum Guidottinum non inferio-
rem mihi cognitione plusquam Pharmaceutica
reputatum Medicis aliquibus; Et Iosephum
Martinum Dadaleo factum ingenio; Qua ve-
rò, quantaq; turbare liquorum sit cognita prius
ipsi non præteribit, Et alios, si tractatum hunc in
manus sument; Et quoniam Tullius eloquen-
tia nerois omnes intēdit in perfecto oratore quo
dam typo describendo, Poeta maximo fingendo
Imperatore sedulo nauauit operā, Phylosophus
optimo Senatore Gentibus informando, (quas
summas in homine res præstítisse iudicatus est
Cato Primus) ut qui malus Senator, pessimus
Imperator, rudissimus Orator, essent ex contra-
rijs qualitatibus intelligeretur, ita mihi ipsi vi-
deor exemplo, Et imitatione, tantorum scripto-
rum posse ex arte quadam producere quempiā
nec incongruè nō coloribus Rethorum, non fictio-
nibus Poeticis, aut Sophisticis naturalium proba-
tionibus,

tionibus, sed suis met assidue factis ad viuum expressum, qui se deterrium omnium declareret, & Medicina totius Laidum conspurcatorem: nam ex eo quales sint veri Pharmacorum opifices aperietur, oppositorum enim sunt eadem disciplina & præceptiones, & memoria.

Conferatur igitur minimus maximis, & ita pulex cum elephante, scarabeus cum cygno, pessimus longè post homines natos cum laudatissimis, compositi dum fuerint quid inter se distent hi, & ille, par omnino impar, erit omnibus notum; Quod si quid copiosè dictum, velles inde referre in cartas non sine Musarum fauore posses id efficere; statuitur unus instar multorum: non enim loquor de omnibus, licet in quolibet rerum genere semper fuerit, erit q̄, mira bonorum paucitas.

Ergo per contentionem bonorum admoueamus singularem Pygmeum quēdam, qui paruitatis defectum semper studuerit excessū beneficiorum obtegere subrides; an me uar ei p̄ aye aysari putas? non erras sane: Quamuis enim in parvo, despicibili, turpiq; corpusculo, quandoque lateat excelsus animus in huīus stercoreo culeo

nil

nil nisi vitiorū residet cloaca, nec alicui nequissi-
mo malitia præstans cedit; Fuit eius hec, ut au-
disti, præcipua cura ab infantia, cum pigeret ob-
scuritatis, ut aliquare se faceret celebrem, atq;
imitatus Erostratum, qui Diana templum suc-
cendit, ex ingenti scelere patrato famam quasi-
turus, & Zoilum Homeromastigem, cum sole
cepit agere, seq; volens illustrare tondere crines,
nitentes radios circumcidere quasi coronam ca-
piti obductos aggressus, hinc nomen insigne coro-
nicidæ reportauit, nec sibi soli (nam nec domesti-
cum, nec vernuculum, crimen id erat) sed inco-
lis uniuersis homo prostituti corporis, & infamis,
comparauit; ex Batto, cui nomine proximus est,
lydius lapis, seu cuticula, quæ explorat
aurum, propè ideo factus vel suis infensissimus,
latabatur tamen; adeo refert à tenoris male in-
stitui; Quia verò audiebat non amplius cū uno,
sed cum multis, rem sibi fore, clam suum ingenium
terit, & scarabeus de sterquilinio, quod sibi per-
soliatum redolet, non myrepstica facit, sed nescio
quos pulueres aceruat, nec minimi quidem ven-
dendos; sic homuncio sinister dū suabenè curat,
& quod prius non succresserat, hac perficitur

via captiosis, & vanis artibus, usus deprehenditur, accusatur furti, doli mali, misellus damnatur premium soluere, haudiure factum, qui restim promeruerat; egregia alia audisti perpetrata, ex quibus naturam cadaueris: (fætet enim non minus animo atque corpore faciat) subolseceras, & nisi pauidè fidisti ei nunquam, neque medicinis, ab eo mendacissimo, sed obliuioso, sublatis in cælum; Ne quis autem laborantium frustraretur spe iam in virtute tua collocata ritè consultum est, ut quidquid in immundo camino contineretur ad examen iudicij veniret; quo tempore non decima quæq[ue] bona reliqua facta medicina fuit, omnes propè abiectæ, nisi quas dolosus clanculum per noctem subduxerat, ne deprehenderentur.

His rebus minus præclarè gestis ab eo consiliū nouum, audiū tamen, initur, ut abstergo pudore, id quod per imprudentiam perdiderat de sorte, resarciretur decuplatum, secum reputās nil præter utile hodie carum, præstare lucrum pudori, dare census honores; nec interesse sua quamuis ei populus sibilet, & dupundio aestime tur, χρήματα γαρ τυχὴ πέλεται δεκάοισι εργοῖσι; Itaque

E vulpe-

vulpeculam nullum vitium fugientem simulās
imperijs, & nutibus, hominum se subiicit, &
qua parte deest industria, fictam complectitur
sollicitudinem, laboris tolerantiam, plures ut
queat decipere; Bona sane consilia, si quid pro-
spere succedant vota, quomodo fecerunt antea.
nisi tamen plurimorum coniectura fallit me quo
que non longius aberit, vesperam suam habebit
propediem; Namque improbus aut penes agel-
lum male parto ære coemptum in sublime tolle-
tur, veleo quiritanus trahetur, quomodo Dio-
genes urceum traxit per Ceramicū: Quid enim
isthoc Ellioti putido faciant boni τηριοτροφούτες; An
non istiusmodi portentum dignum censeatur,
quod cum Timone illo ex uniuerso hominum
contubernio in medium Athesim projiciatur?
Qui notas publicè inustas obtegere nequit, quā-
uis sedulo studeat astu calare minores; Longa
errat semita, si te posse sperat, post Deum vindicem
tandem scelerum; Non animaduertunt alij calliditatem non tressis Agasonis dum secum
Lenocinio tectus obseruatur inguinaleniens, po-
dicem detergens, ut qui veteri Saturno dato
scatophagus asse postica lamberet, fœminam ca-

stam

stam (sicuti nosti) denario prostitueret, & me
ritorius euaderet, Hostio obsceno celeberrior:
Omnes enim artes sue eo spectant ut aliquid
quomodo libet congreget ; instituta ratio hæc est
unicasibi , siue fas , pietas , aequitas , humanitas ,
adsint , siue non , Eoq; vacavit hactenus ne qua-
res , nisi tantulo empta , veniat in suam officinā
non opobalsama , propter adnexum stabulum , re-
dolentem , maiores inde questus catus ipocla-
effecturus ; Est autem dupliciterum ordine com-
meatus instructa benevolentibus esca , morbo-
rumq; remedij ; Illa non prius diuendit , quām
mucida , viet a , fuerint , nec pluris emuntur ex-
quisitissima dapes quām fiant an alecta hæc , &
quisquiliæ quandoque potentum soleis obtrita ;
quòd si diuendi per se non valeant putridis om-
nino nec projectis , at commixtis omnibus , in dul-
ciaria scarabeus improbus immutat ; Misit af-
fini suo iam aliquot annos dono , quem Massæpa-
nem , aut Marcipanem , Iuniores appellant , ille ,
ut erat urbanus , non abiecit (neque enim deco-
rum est spherñere munera) sed in illum despectū
statim manus impingit , distrahit , partitur in fru-
stula , projecta curialibus bestijs dulcedine mul-

ta, non homines tamen, degustarunt; Ita me sub-
infit porcum deputas, qui tua sic immunda, tā
spurca, velim delibare; Tali gratiarum actione,
cohonestatusq; laude, demissus abiit Hipocrites
solum despiciens pro suo more, qui nunquam vi-
ri soleat in faciem inspicere, neque tibi tetlām,
κανούσις περ ἐώχεις ὥστα δέσποινα; Quæ verò custodit
agrotis qualia nam sint ipse pridem es informa-
tus, Ego crebro iactura meorum persensi; Et
sint mihi aduersa numina semper aeterna, si de-
mille rebus sint triobolares decem; Namq; ut
examinetur prius orta nullibi non hoc cælo no-
stro, aruis in incultis, irriquis ortis, Ego in triujs,
simplicia quæ dicuntur, adeo pauca bona inuenie-
tur, ut si consideres sensibus unumquodque nil
genuinæ formæ prioris, Ego sua, nisi cariem, muco-
rem, vetustate contractum, dignoscas plerumq;
tamen pronarciso profertur anagoris, flos pro se-
mine, caudex alterius pro radice, non suo desti-
nato tempore, undevis eorum nulla reliqua est,
collectis istis; Quoniam talium grauitas non pa-
titur imitatione curui olitoris herbulas à putri
solo renellere, ne suis picatis, gypsatis inquam, ma-
nibus callus obducatur; Adportari solido man-
dant

dant decrepitis aniculis pessimo cuique familia-
rissimis, quæ iam Veneris stipendia emeritæ,
nec amplius ars Lenocinia sufficit eis escam, quo
minus fame pereant, libenter obsequuntur, quā-
uis & què sint ignarae plantarum, atque strenui ip-
si pharmacopolæ.

Fuit unatibi nuper elapsis diebus obuiam fa-
cta bairlans manuales plures herba lacticidæ,
(erat autem sylvestris lactuca communiter alias
pro intubo usurpata) perconctatus es, cui nam
parasti? medicina, subdit, usui circoracea hæc
exquisita à Pharmacopolo quodam propudio tā
nomine auri, quām mulieris perditæ celebrato;
nosti quem dicam? tunc illa iussa per te valere
perrexit; Cumq; veniat in usus adeo diuersos ea
planta sperandum est ne salutis optatæ fieri com-
potes agros ubi fortè velint illam consulto in se
conuertere? non equidem; Verum si cui docto,
E probo, tantum est otij à studijs, curisq; alijs, ut
sigillatim phytotheca gradibus pandantur effatu
digna scriptis consecranda offendet, araneorum
lacera tentoria præ vetustate reliquias brucho-
rum, ceredinum pulueres, nigra ubiq; lutosum
scarabei crustum, E alas, tergora referentia,
sue

sive queras exotica, sive nostratia, videris; nec
in scriptis foris nominibus intus adseruata res pō
debunt; Hinc ad reliquam Medicinæ syluam se
ratur gressus tota penè, vel pars maxima fraudi,
laudi inquam (balbus enim sum) dicetur appa
rata non ijs modo, quæ peregrinatellus adfert in
bonum adhuc numerum, vel ignota, vel fucata,
sed & que non à remotis Mūdi locis petuntur,
ast per Italiam, aut Germaniam, proueniunt
opis munere sua quidem sponte optima, & inte
gra, corrupta tamen manibus, & opere, istorū,
qualis est indicatus instar omnium inquinatissi
mus; Cui magis Fortuna fauet, quam forsitan ille
desideret: Est enim Dea stupida vecors, ut Plu
tus, & Cupido, cæca, solita immerentes extolle
re, fugientes sequi, sequentes fugere, deteriorum
caussæ plerunque fœtrix iniquissima, si quidem
terq; quateruè, suis quasi mercibus omnibus eie
ctis obruebatur procellis naufragus quando ex
ceptus est enatans à nonnullis eiusdem filiis, &
illitutam adhuc in portu nauigationem præstāt;
si quis exquirat cur nam propitios adeo reperie
rit immeritus homines nefandissimus recordae
tur ita Naturam instituisse, ut omni contra

rio sit perpetuo suum simile , nec omnino reperi-
ri specie solitarium ; Præterea non esse mundi
angulum , qui non habeat suos Regulos διημοφόρους
& παμφάγους : Est enim omnibus insita regnandi
libido , si modo detur eis aliquid glaci ameridum
surdastris , penè cæci , redduntur ut nec propu-
dia istorum videant , nec boni viri calamitatem
publicam detegentis vocem audiant : etenim ma-
lunt aliquando sibi adesse , quod pueri reperiunt
in faba , reliquos postmodum plus satis indigen-
tes , & esurituros , permettere ; næ illi vafre sa-
piunt , qui sibi prius bene volunt quam commu-
ni bono prospicere ; Patrocinantur & his certi
Medici persimiles illorum . qui veluti milites Si-
culi nullum ministerium recusantes in tantum
dignitatis creuere apud nescio quos , ut ubi quis
eis vellingua , vel ore , fauerit , aut manibus ap-
plauferit statim decedant ei de via , assurgant a-
perto capite , & penes se collocent sessum , nec in
eos ingrati videri volunt : Namq; gregalem fa-
mam per totum vulgus serunt congiarij ; tum si
fortè simul aliquo introducantur quidquid di-
cunt laudant , id rursum si negant laudant id
quoque , & his ulro arrident ; Ita se mutuo
muli

muti scabunt ; Et quoniam latiora compendia redundant in seplasiarios ab illis , ideo contentio suis enituntur ut omnibns officijs eosdem sibi deuinciant , Xenia præbent , nec est quod eis precibus iteratis obtrudantur ; Hinc telona pendent in argentanginam deuoluentes precipitosè barbatos quosdā Medicos , eosq; myopes efficientes , ut vix myfacto nequeant efferre voculam detestantem nefarios mores , aut discernere impuria , & vitiosa , quæq; cum primis pharmaca de remotione cœlo nobis adportata ; necnon inexplicabiles compositiones examinare ; Quo nihil ini quis , nihil impium magis , sol despicit ab homine fieri , cōsulere nempe aliquem commodo unius infinitæ multitudinis sanguine ; De δωροφάγει non est mei ordinis aliquid loqui , Medicos nouos quasi coram tecum sint hic compellabo ; Cedo mihi iam quid est hoc sacri nominis esse Medicum ? nihil ne aliud quam virum iustum rerum omnium , si fieri possit , Naturam , & cauſas , in hominis rationem prius bellè cogniti tenere ; si quid eorum modo , quæ fieri debent in Medicina , rectè præstare velit ; Adnuit sapientum consensus ; Quid muneris insuper est vestri an ipsius met cor

pus tueri, & eius dies pro naturæ legibus quam
maxime producere; nemo refragatur; Vbi qui-
dem bene valet homo neminem præter suam vo-
luntatem adhibet in consilium, vel alicuius im-
plorat opem; Quando verò de optabili vitæ statu
deciderit præseruatione, cura, & lenitione dolo-
ris, indiget; Hæc sunt omnibus testata; Quare
dum probatum fuerit arma necessarijs usib; ac
commodanda maiorem in partem nesciri, vel
non ritè fabrefacta, sua ipsorum imperitia arbi-
tria cogētur plerique diuina Medici appellatione
se indignos fateri; vestros illos ministros oppido
diligētes ne petroselinon quidem, vel betonicam,
trivialissimasq; plantas, nosse dicebamus, quis
est autē vestrum intrōs antr̄ πολλῶν ἀνδρῶν,
ἢ τόσα φάρμακα ἔδη, ὅσα τρίφει εὐρεῖαχθῶν, ut vult
Autor omnium, & fons, ut cum eo quia inci-
dit in calatum, dicam

Ἐξ οὖτε πάντες ποταμοὶ, καὶ πάσα θάλασσα,
καὶ πάσαι κρῆναι, καὶ φρεάτα μακρὰ νάουσι.

vel si producatur fastosus aliquis Menecrates in
cessus gravitate Magnum fūuem referens nihil
amplius simplicium cogniione doctiorem rustico
confirmabimus esse; sunt adeò pauci, qui studiū,

F aut

aut operam, adhibeant discretioni instrumentorum Medicinae vatorum ubiq; frequens autem inspectus, & nostra quotidiana cum illis consuetudo, vel eorum copia, vilitatem quodammodo facit; & ita ingenium est hominum ut id, quod in promptu est, negligatur, iuxta Graecorum proverbiū, In foribus hydra interpretatus est idē elegātius Alexis, Ερῶμεν αλλοτρίων, παρορῶμεν εὐγένεις; ad recondita, semotaq;, sumus audiores, & ut magis illa placent, quæ pluris emuntur, ita cariora nobis sunt, quæ cum labore sumus assequuti; Remediatamen certa morborū prosperæ valetudinis tempestate consumimus, ijsq; pauperculus quisq; sibi parat cænam tantis virtutibus deuoratis, quod si fari multis daretur in creparent, quia sic abutere mini opibus Naturæ saginæ tantum studio ventris, quibus ingeniosi Medici sicut Magiæ peritissimi miracula semper præstiterunt; Et ideo propriarum virtutum præconia magna fuere sapientes: Chrysippus enim Brassicam; Pythagoras squillam, Diocles rapha num, Phanias urticam, Apuleius betonicam, & alij pleraque decantarunt; vos autem ne voces suastenetis, nedum facultates, longè pinguiores

res adhuc facti circa peregrinas curatas sane ab aliquibus in bene rectis locis non leui Marsupij dispensio communis utilitatis ærorum causa præter miram animi iocunditatem rebus à diuersis præceptis, atque exploratis, acquisitam, quemadmodum Bononia fecit Polygraphus ille Aldrouandus perpetua obseruatione mihi spectatissimus, qui suo Museo congesserat ultra quin decim mille res diuersas domi, forisq; natus, & in paruo theatro magnam Naturæ partem spectandam præbebat studiosis Naturæ admirabundis, dum ego & doctrina, & humanitate, sua per aliquot annos uterer; Sunt alibi & aliij non humiliore desiderio veritatis, ut Verona celebris sua industria, & cura præcipua Franciscus Calceolarius non parum meritus de Phytognomonice de dum iuga varia, loca alpestria, lustrat, & Montem Baldum panspermiam simplicium saepius pererrat ad viuum singula describendo magno posteritatis commodo; Hic autem plerisque aliud cordi est quam Peruana, & Chinæ, Regna distantissima pro remedio expeti, sedetur in littore ociosis cuticulam tantum curantibus, & expectantibus appulsionem Barbararatis,

qua & salutem medicinis portet agris nobis odio
vatiniano prius illis sanis infensissimis; Cuiusnam
negligentia, ne dicam crimine, hoc? Medicorum
dormientium, permissa pharmacopeis medica-
minum comparatione; plectentur sero tandem,
seuaq; flagramanent quemcunq; partes assigna-
tas conditionis propriæ non bene complentem,
luunt interim pœnas innoxij, & hædis simplicio-
res statim cuiq; se medico profitenti committūt;
tanta est incolumentatis acquirendæ sitis, tā blan-
da per se cuique sperandi dulcedo, quod occur-
renti primo, seq; medicum profitenti, totos tra-
dant; Sunt aliquot, nec mihi de pilis solum noti,
ne quem stylo figam, qui nec famulitum ullum,
nec ullam seruitutem, detractantes abiectissime
mutati in culinarios, olilinctores, (cogor uti ver-
bis aptis, potiusq; splendidis, aut honestis) ho-
munciones tantos sibi spiritus, tantam arrogan-
tiam, sumperint, ut ferendi non videantur e-
gregie doctis; Atque ideo tollunt amplius verti-
cem, quia glorioſis animus pruriat ex magnis si-
bitributo honore quauis aliaratione, quam lite-
rarum meritis ab illis, quibus pro librorum su-
pellectili dolia, cadi, tessera, lusi, alea, scyphi; exo-
sculantur,

sculantur, & minutulus scidendi obsonij magi-
ster doctissimo cuiq; præfertur; Prima Grama-
tices rudimenta pædagogias blaterant; & in ea
singulis penè verbulis impingunt, solæcismos in-
ducunt; Mathematicæ peritiam scientiæ si lau-
des Asini statuentur ad lyram, mutare mutones
animaduertes; de cæteris fac idem iudicium;
At qui rude vulgus, & obæratus eis speciarius,
ait, plurimum valet hic noster in medica praxi,
quamvis Theorices regulæ ab eius memoria de-
fluxerint; Fatui semper fatua ganniant, volūt
erigere murum cæmentarij sine perpendiculo;
& incedere quempiam erectum unico crure
nixum; cæciq; alicuius oculis agnoscere; Quas
nam, bone Deus, plagas, atque in extremum us
que æui carceres, non promerentur illi publicis
bonorum calculis, si Critico cuiquam quasi La-
trunculatori subiicerentur iudicandi, vel ad con-
uentum Medicorum sanctum venirent, ut quo
dam in templum Pacis, ubi disputantium Phy-
sicorum palestra seruabatur; Audiretur, quod
facis ipse paucis quisque diebus, germanas leges,
veterisq; scientiæ Medicæ præcepta prorsus in-
uersa, nouosq; mores in artem stultitia multoru
confœ-

confabulonum subrepsisse, quo nè intellectu quis-
piam sine intermissione ab utrisque pedibus cu-
iuspiam, & ambabus manibus, pertusa vena
sanguinem mittat; ne quid præterea loquar am-
plius in tortis doctrinæ regulis, quasi non satis eis
sit delinquere simpliciter imperitia Medicamen-
torum, hospitum, & domesticorum, quæ semper
alienis prætulerim: nobis enim prouidissima Na-
tura profert ubicunque quidquid opus fore vi-
det tam bene valentibus, quam non prospera sa-
nitate præsenti, nec iubet repentina de capite flu-
xioni, & acutissimis morbis, medicamen alicui
procurandum ab inferis populis, sed in medio po-
suit uniuersorum viuentium maximè hominis,
incolumitati, cuius gratia fecerat cuncta reli-
qua, summopere necessaria, si modo non fatuè
cognoscantur. Sileant ergo, qui existimant, neq;
terram, neq; mare, sufficere, patrijsq; rebus
familiaribus connatis nobis usibus nostris pro-
pria, & aduersa valetudine, digna nec diffici-
lia partu, ab ipsis usque postremis Arabiae sini-
bus, longe usque à campis ultimis, allata tantū
in cælum extollentes, & attonita quorundam
persuasione indicantes nil nisi preciosa nobis pro-
desse;

desse; ast non captat aquila muscas, nec aspicit
thripas, neque de vilioribus istis valde repletur
crumena; respectui sunt hæc omnia Coriphœis
istis medicorum, quos inter quidam graculo lo-
quitor persuadere superciliosè nitebatur arbit-
trari me Brassicam marinam per aquosa prata
surgere, pomilam, quam graciolam vulgo appel-
lant, monstrabat plantam non remote nascen-
tem à scordio, pro quo scoradum putabat, & hic
idem egressus inuisere, quod aiunt, officinas istas
armaria sanitatis, si Libitina non displicet, di-
scurrebat pralectis nominibus inscriptis arculis,
monstrabatur Calamus dignissima, Macis pre-
ciosus, acorus singularis, & eiusdem sylua va-
rias, ne sim, sicut ille, locutuleius; dilaudabat
quaq; dispeream tamen si quid à me taciturno
floccipenderetur: neque enim contra istos pluri-
bus contendendum, quòd leuitas sit verbosissima
finem nunquam factura dictis.

Propterea cum prima quasi materies eoru,
qua beneficio hominum reponuntur, ita sint abie-
cta, ita prostituta, non aſſe ducenda, qualianam
erunt illa postmodum tota ex ipsis congregata?
assuerunt autem rudiores quiq; sibi facti ſuffer-
ri,

ri, credulitate vulgi magni, regnantes tamen
strabi inter cæcos, modo syrups, electaria, pulue-
res, iulapia, ex inuentione sua confarcinare, ut
non aliud seruent scamna, sedilia, capsæ, Phar-
macopeorum, quām sua nomina egregia compo-
sitionibus plerunque noxijs; Quonam verò tan-
dem artificio, quo ue Deorum perfidiam istam
monstrante, quæso vos dicite Musæ? non valeo
ariolari mea sapè diuinitate concessa; quasi de-
sint talia pauca superioribus patribus examine
lustrorum confirmata, nobisq; relictæ; Verum
precium operæ factum putant, si modo pluribus
infarctæ pixides ostendentur, vasa infinita aqua-
ticis immundiora, & quasi corporum vigor om-
nis eis includatur non minimi coemendus; In
hoctamen dulce videtur ægris effundere totum
illud pecunia, quod per æstus, & imbræ, discri-
mine vario confecerint, dum nihil de fraudibus
etiam Pharmaceuticis infælicibus suboleant, cū
periuros inficiari audiant, nec aduertunt ani-
mum venalem sibi promitti vitam, miserrime
familiola Genium fraudari, à nigris istis, interea
temporis uniuersam rem pro anima sibi, suisq;
futuram sensim corrodi, quod sero facti sapien-
tes

tes persentient, nec id prius unquam sperassent; et quantum optimè cum Mortalium societate ageretur si qui possunt velint etiam mederi labanti Medicina, populorum saluti, propter officinas, Et pessimos homines istos botularios verius quam alio nomine dignandos, impurissimos scelerum, quibus seruatis, ut est in proverbio nanus māvivus impendet: sic enim in priscam suā Medicina formam reuertetur; Aegyptij Pharmacorum primi inveniores ab animalibus, Et Magia sapientes, quos nam viros non pell exerūt ad se cupientissimos veritatis; Pythagoram, Apollonium, Platonem, Democritum, qui redux in Graciam familiariter inde fuit usus Hippocrate; Et hic existimari debet non mediocriter adiutus ab eo in relicta nobis posteris Disciplina, Et Galeno non minus peregrinato, quam fecerint alij: nam quo locupletaret amplius artem medicamentis non parua maria transmisit, Et in Cyprum magnis ferrarijs, metalliferis, secturis, Et omni cuniculorum genere, scatentem nauigauit proprijs oculis testibus fidissimis visurus, Et manibus lecturus de fornacibus ararijs, quidquid Alexandrinorum desides Medici non

pterentur Embirice cum primis addicti secta:
quales arguit, & Plinius ut logiatros nostratē-
pestate Cynamijs frequentiores: Nam & clini-
ca mulierculæ, vetulæ edentulæ, saga, de Po-
lyandrijs nuper egressæ, pictores, aurifices, fa-
bri, stabularij, tota denique contemptissimatur
ba secum ducens fæminas præcipuas, & ordine
maiores cuculatos, aut mystas, aliquot gregatim
sunt hodie Medici; Docti, integri, reperiuntur
rari, qui partes artis omnes traditas nefarijs
multis ab annis ferè quinque centum solus velit,
aut curet explere, cognitis ab eo morbis, causis,
opposita remedia inuenire, naturalia, vel admix-
ta parare, si duxerit præstabilius, oppressis esse,
qua sanè ratione legimus fecisse maiores nostros,
qui suis manibus conquista domesticè curabāt,
circumferebant secum, vtebantur; Nec soli me-
dicina candidati viri electissimi, sed & Impera-
tores Barbari, Græcia Principes, & Romani
Reges laudi maxima tribuere sibi, vel reperiisse,
vel composuisse, morbis aliquibus quadrantia
medicamina proprijs appellatiōibus dignata,
sicut nouisti de Mitridate, de Gentio, ne plures
memorem, quem magis latatum esse ferunt Plā.

ta Gentiana reperta , quām si centenas urbes
subegisset: factitabant enim quondam medici-
nam, miraq; præstabant, ut de alyso legitur, &
alijs simplicibus vocatis nunc penitus ignoratis, si
quæ sunt in Hippocrate numeratae plantæ, aut re-
liqua singularia, lustrantur; Istud idem posi-
tum in consuetudinem video ab elegantioribus,
& mihi summa veneratione spectatissimis Pro-
phetis, (ut cum Dioscoride medicos legitimos
inscribam) qui pluris faciunt agrorum utilita-
tem, honestamq; famam, quām lucrum: satis
enim premij se tulisse credunt si quem iuuerint;
At qui noui homines testudinei solum cogniti sue
turbæ cum demirandos se reddere contendunt
actum de suis inuentionibus dædaleis exharāt
receptas, (sic enim neoterici dicunt) & ad pro-
prios officinarum cultores delegant nostros sorti-
legos, & maleficos infanticidas immani quauis
natione semper execrandos: nam detractis pro-
digiosis centonibus non de gemmeis myrothecijs,
sed è lutosa semicocta argilla, sic accommodant
in xitoteculas quasi alicuius diuorum reliquiæ
castæ conderentur, ut est horum solertia frau-
dibus occultandi sagax; Et insuper sic exornat

verbis (ἡριστόλογοι sunt enim impostores omnes)
mellitis instructissimi , quod nullares charior à
Deo posse tribui persuadeatur hominibus .

Quæscelera , qua pestes ; Malo me dignum
quouis deputem , & libris , qui sunt vita morta-
lis unicum fere solamen , in perpetuum careri
non iniquo animo feram si sit de duodenis compo-
sitio laudanda : nam vel artiballomera , vocant
isti quid pro quo , sumpta de vicino rudere pe-
tenda licet forent ab hospite terra , contrusa sunt
inter alias partes simplices totius , aut prepara-
tioni quid erit semper desiderandum , si daretur
coram tueri singula : nam quasi pictores sint , aut
Poetae amenti furore conciti , ablegant omnes
à se quo minus opera absoluendo intentos eos ne
mo interpellat , vel potius ne versutia pateant ;
Crebrius autem nolunt eam temporis iacturam
deuorare , quam subire decet in compositionibus
struendis .

Has ideo cum simplicibus aliunde comportat ,
Et quoniam describuntur rationes diuersimode ,
receptarij , quos vocant , peculiares à singulis
ferme habentur nec uno modulo metiuntur , aut
ponderantur , quaq; Bononia , & Mediolani ,
nisi

nisi qui Romanum, vel receptum generaliter,
Anditotarium (non enim commune vocabulū
ſpernam) Magistrum unum habeant, dum
componunt aliquod, puta tripheram Persia de-
ductam constructione implicatissimam, vel quid
ſimile, ideo ſcificari libuit, & debet fieri, aut ſo-
let, à viris prudentiſſimiſ non ſemper alicubi me-
dicinam tractantibus, quem nam ſequutus fit
autorem, nec te qua rentem hoc ambagibus mul-
tis detinuit Cantharus tunc inſcienter verax,
& fassus eſt Verona, aut Venetijs, factum inde
ſe portasse: quia minori diſpendio ſit mercatus,
quām ſires quaque per ſe voluiffet, ut auditor
intelligat denariores emi pluris decuplo venden-
das; Nec praeuidet inquinatiſſimus ſemet prodi,
crimen ſuum detegi, ſuppeditari occaſionem ne-
candi, vel non debite curandi laborantes quotieſ-
cunque Pauſlagones incōſiderati ſimpliciter in-
ſtituunt hoc, & illud, pharmacum modo rerū
numero, modo pondere, componentium id, diſ-
ferentiſſimum; Loquacitatis tamen inſulfißima
quidam cor inuolutus auaritia, qua quidquid
omnibus abſtulit, ſibiipsi negat arguit te quan-
doque, quod has inter belluas non ſint omnia ſic

ad

ad examen revocanda, cumulate nostro factum
est, ait, officio si Receptas Pharmacopeis mitta-
mus, sua interest mandata nostra sedulo cura-
re; Quia vero non idem ipse quod ille sensisti, nec
unquam senties, Et fauis libere eum nescium cu[m]
multis rudere, parum scite tradita veteribus
præcepta seruari medicina factus est insignis pro-
bitati tuae Misoculus, Et odio accensus, quod
ex amulatione audiissimum est; tum quoniam
sapius ex sermone tuo, Et scripta voce nondum
benè percepta à Misis suis pinguisculis, subolfe-
cit plus forsan olei minus vini, consumpsisse te cœ-
pit suo more facere, ut qui cum nullo prius egre-
gio congruere voluerit, vel pro sua uigorosa bo-
nis Et literis accersa non quiuerit, Et ut huma-
nitatis tuae in eum præstare rependeret officia nul-
lum prætermisit tempus cogitandi quanam tan-
dem ratione te posset obruere, si minus ut erat
animus suus ledere (iustus enim ab ipsis met so-
lo leditur) insinuat se belle pro loquacis facundia
in fæminarum amicitiam, potitur votis: nam
insigniores Danaas euincit largitionibus, utrun-
que (neque enim literas, aut data quaque, reij-
cit mulier) ut qui vatem monitorem legisset,

Αργυρέως λόγουσι μάχου, καὶ παττα νηνοεῖς; domat
cateras, has dum permolit laudarier optat: ist-
hoc enim nomine penes eas multas scitulas benē
audit, qui que virtutem habet unam tenet om-
nes; Donauerat vni de Nobilioribus, ut inna-
ta est sibi cum sexu illo liberalitas, bezaarticum
Lapillum, dixerat, quem tanquam Zopyrita
lentum scrinio credula incluserat, postquam ve-
rò eius spectandi copiam tibi fecit illa fucum de-
texisti: nam confractus arenulam vitream pre-
seferebat, ex qua precarij globuli, vel spherulae
constrictioni vestium corporis usui frequentes,
confisci solent; Persimilem gemmam elargitus
erat & alteri facilis enim iactura terreni; huius
pura mulier comminutam particulam cuidam
familiari dederat potandam, ipse ad eum voca-
tus, si benè non diu prateritare recordaris offendis
symptomatibus varijs agitatum, numne ab epo-
to veneno (est enim letale vitrum) non ausus
sis murare; obiit ille non longum post miser.

Hoc ergo modo captata gracularum benevo-
lentia, sancte Hippocratis precepto circa illas ob-
seruato, nullus est angulus, nulla conciliabula,
nec caupona, ubi non absens adsit, omnibus est

in ore, quid præterea, noui hominis aduentum
gratularetur sautores, cupediarij, maniculato-
res, aurigæ, lanij, catarij, fullones, aliq; id genus
proceres, mira namque valet arte auncipandi
sterquilinia Thessalus audax delere precipita
maiorum placita, & rabie quadam in omnes
eui medicos perorare; Quibus autem hamis in-
suerit captare homines tu nunc sic habeas, ut ex
te alij omnes exinde percipiant; Quilibet res bi-
nas habet facies, ex terra patet immediate cum
etis qualisnam sit, at interior ab hac diuersa nō
aperte discernitur, nisi abiis, qui altius pene-
trant oculis animorum pectora cognoscentes qui
nam sint velut parietes dealbati, meliorq; foris
quam lateat intus; hoc de homine clarus inter-
pretor; sunt multi te visu strenui simulatorer,
qui laruam induiti per populos incedunt ceu noui
quidam Aristippi quamuis agentes personam,
ut à nemine dignoscantur, & eo minus ab opu-
lentis, ad quos instar muscarum ad corpora assul-
tantium sapissimè aduolant, cū eis plurimi sunt
deducunt, reducunt, assentantur, ubi quid fue-
rint orsi dicere vultu, fronte, præferre hilarita-
tem, quod Graci dicunt οὐροποστωτήν, solent ani-

mo gerentes aliud, nutu, renutu, sermoni sequi
consentiant omnibus, & auribus seruientes, eis
dicta confirmant sine in contumeliam, detracta-
tionem, maledicentiam, qua delectantur impē-
sè ociosi isti omnibus omnium nenijs terentes ho-
ras cuiuspiam linguas soluerint pariter blandiun-
tur ut quibus non sit opus Timonis scyllos conui-
tiosissimos manibus trivisse, cum nulli ferè non
sint ad maledicendum disertissimi, insit asq; vir-
tutes eis, turpiloquentiam, inuidentiam, qua
est suimet supplicium, gastrimargiam, nun-
quam laudandam honestis viris, aut aliis citra
Gnatoniſnum, laudant tamen in philotesiſ, Sy-
ſciitiis, præcipue facti ſcurra venusti ſuum inge-
nium declarant, doctos ingenuus candor ornat,
obtrectatio liuidos non deferit; Papè quam lau-
ta dapes ὅτας οἰα ἐδουσι γ διοτριφέες Εασιληνες, Atti-
cabellaria deputantur ſuauitate inferiora; Quo-
niam autem nos, qua volumus, & credimus,
libenter, & qua ſentimus ipſi, reliquos etiam
ſentire ſperamus, non ideo dura eſt illis ea per-
ſuasio, ſi quando reſcum ſplendidioribus habe-
tur viris, ad quorum voluptatem ſermo com-
donatur, & ex eorum vultu pendeant; Inter

H quos

quos unus bonus sanè animus illuditur serio ab
Ancylomite consultore: namq; præcipuus heros
benignissimus est, nec se leges urbanitatis explesse
putat si quem hospitem non bene potum dimise-
rit, mero se quoque proluuit, nec abest suus com-
potator, non leui tamen virium noxa priusquā
senex externum vinum ad meridiem producto
somno vuidus euicerit; querit lassus consilium
ab uno de Assentatoribus, qui nescius nunquā
non obtrudere palpum, frontem fictus periculo-
fas esse, ait Hippocratica sententia, mutationes
inueteratas, probariq; sibi valde Cothum illum
Atheniēsem, quistatis diebus cothonismo, quod
ille vocabat vinum, permisit hilarescere, more
nempe bestiæ quotidie se poculis obruentis, ὅτι μέ-
νος μεροπῶν ὄμον ὄμηρος ἐφει; bonum consilium, sed
consulenti pessimum, persuadere mentis aciem
hebetari, Saturnias quasi Lemas offundi, vires
ingenii prosterni, Εἰ sublimi gradus uirum tam
turpi ratione in abiectissimam brutorū conditio-
nem deuolui; Cum reliquis alterius ordinis gau-
deat per Hippocratis manes cornicari, Εἰ illud
pestilentissimum assentatorum εὑρίσκει proferre,
quidquid quocunque modo dictum, factumvè,
fuerit

fuerit arridere , applaudere , adgratulari , sed
vni qui est sal terræ , illudere detestabilis pudor ,
nec una cruce dignum facimus expiandum ; Te
tra verum fera κόλαξ καὶ κόραξ , ut festiuissimo
scommate liberius mimus à Diuo Julio suis lu-
dis productus in Ciceronem dicere nec Pompeio ,
nec Cæsari , certum amicum , sed utriusque adu-
latorem ; opus esset hygis anulo ad detegendos
istos personatos furatissimos , qui dum eodem
ore frigidum spirant , ετ calidum , cuncta penè
circumsita inficiunt tabe cercopissando , quod si
Cælius orator iracundia sua notus historijs ades-
set in istorum cætum semper assentientem , ετ se-
cundas agentem , sic exclamaret , Dic aliquid co-
tra ut duo simus ; In nullo tamen pretio sunt si
nesciant istud facere , qui verò dedecori sibi pu-
tant , ετ Christiana fide alienum , χαριγλωττει , ετ
ιδυγλωττει , auribus iocunda , sed non honestati ,
aut pudori , dantes ea , myzologos hosce odere
semper , non sic Magnates , quibus nullum homi-
num genus magis est iniustum , quam horum , qui
à vulgi sententia longè lateq , dissentientes ni-
mium acutè per tenebras cernunt ; ετ ideo Car-
neades nullam rectè artem disci affirmabat eis ,

præter equitandi, quod equus obsecundare nesciat, aut adulari; Aduersus assentationes horum semper esset obnitudinem eo magis ubi occinitur in bonos, et doctos; expellendi ab aulis, quod præterea sint schismatici, colaces, et moriones, qualis ille ambitiosus virtutis, et candoris, tui nitorem perosus aduersariam tibi quorundam constitutionem machinatus, quamuis ipse non oblitus tui detractiones, maledicentias, pessimorum non plus facias quam culicem, aut asilum, soleat Indicus elephantus, quin est tibi unde plurima habeatur gratia calumnatori te meliorem reddenti cum dictis pariter, ac factis, mendacij conuincas; sannis occaluerunt Musis aures hoc nato seculo, gnarus probè non posse perpetuo latere quod simulatum est, et quidquid ad summum venit ad exitum propè esse, aliquando erumpat oportet, et impostores licet usque homines cœlēt non tam posse Deum; contaminant omnem medicina puritatē peruerunt legrs Antiquorum, qui si mortem cum vita commutarent, vociferarentur, cur nam laceras Hyperbole maledice doctos, cur in Avaritiam tot struis artes, tot technas intendis, tot machinas admones, fucos paras,

paras, cum Hebreis, ut non pudeat te partiri
usuras, nec charitate moueris aliquadum vis
Chiron aparare libros non ut voluas; Apage ve-
terinari indignissimè, qui sacra Medicinæ præce-
pta nobis & ratione, & experientia confirmata
tractes; ne tu atque pluribus moneamus peccata;
Forsitan se purgaret maiorum exemplis; Vespa-
sianus ille Imperator è minutis, sordidisq; rebus,
ut è lotio, vel etiam ex gry, non lucri parum fece-
rat, nec putore mouebatur cum emolumento cō-
iuncto, velut è lenocinio, quæstuq; corporis, alij
pecuniam comparant, alij gloriam, nec illius un-
quam intermorietur memoria, qui suis mani-
bus stercore latificabat agros, ut in Catone scribit
Cicero, nec pudet Alcumistas, & quales nam
homines, propè diuinos, uti limo compendij sui
gratia ὡς ε μνδεύ τινα σώμα χέρδει κακόν sit omnino ar-
bitrandum; multaq; de viuentibus, velut vpu
pastercore tantum viuunt, quibus pro amari ci-
no suave olet; Astutus profecto ille, qui se defen-
dat hac garrulitate, si patiatur Medicinæ parēs,
repugnat autem maximoperè, nec vult Medicū
bonum diuitias appetere, neque larem, aut peta-
cem, mercedes alioqui promeritas exigere, si dē-
tur,

tur, non renuere: quia seniles opera numerato
pensentur, cœlestis beneficia Medicina inconstan-
tioris quidem, fructicosioris tamen, artibus
vitam rebus omnibus carissima dantis, vix
omni auro cumulatè rependenda cur nam pe-
cuniola liceantur? Sed lucri cupientior quam
honesti præcepta veterum curat scilicet; Vi-
det unum, aut alterum, amare se, minus au-
tem optare prospéra eis, ac Pœni Cretensibus,
serò Phriges animaduertunt diuersam esse
speciem foris, quam sit intus explicati; minusq;
boni habere in recessu versuti animi, quam in
prima fronte promittant, quoq; penitus acies
oculi intendatur hoc viliores affectiones animi,
Et morum turpitudinem, intelliges, ut in
multis nihilo aptiores officio, quod faciunt,
quam si sambucam Caloni aptaueris alto; tam
multi sunt ei similiores ouis duabus expressi fron-
tibus, una Pythagoram muti sapientiam pollicen-
tis, altera Diogenem quendam solum referentes
sententiae aliorum recte oblatrancem, Et fame
non parum detrahentem, superciliosè damnan-
tem, odiosius obstrepentem, omnibus, quod sint
vestibus, anulis, spectabiles in multis aliquando
sedentes

sedentes urbem quam magna est discursus secre-
tis armati è diario quodam pharmaceutico de
cerptis, quæ secreta, hoc est probatiora remedia,
nunquam rudioribus aperienda: sunt enim non
Deorum manus, ut Hierophilus dicere, sed salis
taria, sed tela cacodemonum; quia remedia nō
salutem præbent, morbos sapientem quidem, nisi me-
dicus prudens rationali methodo probè exercita-
tus eis utatur.

Ideo famella iugo, tela, globo, colo, acu, ne-
quid honestis auribus addam verecundius, re-
lictis agirtarum, aut circulatorum, chartis è tri-
bus edoctæ aquas, eglemata, conficientes agros
homines crebrius quam æritudines tollunt, et
ad necem potius, non ad salutem, adducunt, quā-
uis inde ferant cum multis Medicis nouis ali-
quod nomen et ipsæ; Quibus sanè magis presta-
ret ad benevolentiam, ne dicam salutem, mul-
torum comparandam non à libris Medicis tur-
piter à pluribus nostris emulgatis excerpere com-
ponendi pharmacarationem, sed in scolam Ga-
neæ delitiosiorem se conferre, ubi fortè staret He-
lius verus alquis, qui conchylijs superi, atque
inferi, maris pigritiam stomachi nauseantis sti-
mularet,

mularet, siue pentapharmacum monstraret suū
quod esset sumen, phasianus, pauo, crustulata,
& aprugna; Aut præstò esset Scapius elegans
edulicorum informator, lautitiarum artifex, &
scriptor non prostitutus tum aduersa, tum se-
cunda, valetudine fruentibus, instrueretq; tu-
rundas Deorum cibos lautissimè parare dignio-
res, & dulciores, nempè medicinas palati oble-
Etamenta gulae, lassè iam voluptatis irritamina,
vestris unguentis, aut innumeris medicamen-
torum tricis, ita quoque pro sua conditione
quisque ritè proprium faceret officium, si non
messes in alienas falcē gregatim immitteremus;
At qui nouo more nunc interturbantur omnia,
quasi parum sit intra orbem suum furere, &
quo quisque est indoctior eo insolentior, mordēs,
lacerans, omnia, & veluti gallus Aesopicus il-
le gemmas alienas negligit, atque contemnit, cū
verè periti, & studiosi, putent senihil scire, nec
fateri quandoque suum pudet errorem; Viui-
tur ex arte, subinfit ille, nec omnibus suppetit in
genium, nec adest plerunque Venus conciliandi
sibi voluntates hominum tunc in auxilium tibi
accerse iniuidentiam, garrulitatem, Trasonicū.

iactan-

iactantiam, gloriosam assentationem, Sycophā-
tiam, Lenocinationem, familiarissimas occulto
Musatori liuore saucio, quem Chironia nec ma-
nus leuaret, nec Phœbus inuentor Medicinæ, so-
bolesvè clara Phœbi, reduceret in rectam suam,
viam literarum bonarum sempiternum, oforem
consumatissimum ἢ μὲν κερτομίας, ἢ δέ άισυλα μυθι-
σαδω; fauore tamen populi, ΕΤ quorundam Gi-
gantum noua semper exoptantur si fruatur non
est quod sapiens suis opibus fælix, nec aliunde
pendens, ΕΤ quæcunque inciderit fortunæ pro-
cella sua virtute firmus, ΕΤ immobilis, demire-
tur, instar tetragoni corporis factus, quod sem-
per stat in utramuis partem licet proieceris,
non aduersis elatus, aut secundis demissus; scis
quia nam? Consuesce Deum immortalem quo
grauius homines ex commutacione rerum do-
leant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his
secundiores interdum res, ΕΤ diuturniorem im-
puritatem, concedere, quos probat, quos amat,
indurat, recognoscit, exercet,

Grauius spectator subticet, in postremum us-
que fabulae, quæ principijs ab istis non potest latet
catastrophen habere, ΕΤ nisi in tragœdiam desi-
I nere;

nere; Natura quorundam morbi, ambitio cupi-
ditas, nimia, subtile malum, secretum virus,
nullo perpetuo obtendi, nec prætegi, queunt fu-
co, qui simul atque suboleuit etiam in benefactis
gignit odium, genitorem simultatis, inimicitia,
cautela, vel malitia & potius, ille medica, venient
in apertum (habet enim Deus ἐνδῖκον ὄμηρον) sic
rescitum iri putandum versutias, quas Medici
non, sed moriones, adducunt secum quoties ob-
ganiunt in doctos comminus apud nobiles puta-
tos; (nemo enim est altero nobilior, longa stem-
natum serie nisi cui rectius ingenium, & arti-
bus bonis aptius) qui rudes hominem in mutuū
adiutorium genitum esse sibi solos natos volunt,
sibi vivunt, omnibus incommodi doctis, nec nisi
planis, ludionibusq; suis benefaciunt, solis fæli-
ces (si qua tamen fælicitas in aureis velleribus
inesse potest) quod egregie facit quidam carmis
bispidior urso Ard pāu δυονειών εὐαγγελίου
uiētū, vaferimus sane obtrectator clācularius,
ubi videt sibi præstari aures repudiat semper opi-
niones, bonorum, facta detestatur. Zoilus alba,
quod aiunt, amissi damnare omnia bene dicta
pariter ac male doctus, & queri vates enunciat

de

de ægris ne quidem visis , aut intellecto , nisi ve-
lut è turri , morbo succurrere profitetur ; Quan-
tulo hic homo sapientior , atque öponav̄ns Alexā-
dreus domi deses ex urina diuinat à se remotissi
milaborantis , nec etiam pluribus vult iacturam
temporis facere , qui repente expedito calamo de-
cadem remediorum folijs exharat ; hinc suo par-
ticipi nobili magis titillant præcordia non leuem
fructum speranti accessurū reliquæ furtim loca-
tæ monetæ ; Si quid in Sheda Chironis descripta
non exhaustire valet ægri Marsupium ponderis
aliquantulum apponunt , sicut Coronicida , vel
immutat , cum quid deesse odorat ; experti no-
runt plerique suo malo ; nam sicut Homerus ali-
quando dormitat , ita Medici minus considera-
tè describunt catapotia stomachica , mixturam
pectoralem , sic de alijs ; Tunc quid accipient ve-
stri pharmacopei ? Contingit autem Medicos
vos aliud quid agere , quām rectè medicinam plu-
ribus videlicet negotijs serijs distractos , mercan-
do , vendendo , iumenta , equos , uestes laceras ,
currus fractos , omnem denique veteramentorū
preciosam suppellecilem ; nonnullos vafros cu-
ijs suis proxenetas discordes homines componere ,

binc inde discurrere , mercata frequentare , aliena negotia transigere , & ne qua res cuiusdam aegni proscripta auctioni subjiciatur certo pignore deposito catus aliquis factus i popola dat mutuo pecuniam cum forte creditor postmodum cumulatius numerandam , vades mercede constituitur suo periculo promittens obitum in vadi monium ; sic negotium è negotio seritur .

Cum itaque tot urgeant hominem difficultates , tot impendeant sollicitudines animo minorq; pars cogitationum detur officio suo , nulla venia dignus est , sed cui execrando , & detestabili , Deos omnes , omnes homines , inimicos fore tandem deprecemur ; Quis autem neget hoc forsan ab istis Medicinae violatoribus obseruari ex industria ut magis de eis populus loquatur , & famā nouitate aliqua accupantes animas hominum statim negotientur ; Quemadmodum Romanus ille Medicus Athenas profectus ad discendum grācē fari , ubi legit πολλὰς δὲ ιργίους φυχὰς αἰδὶ ποιάθει , & Achilles tantum laudis meruit , simili me quoque gloria , puto , celebrebit Gracia dixit , pro lapidibus , aut ferro , medicaminibus usum : moritur enim aquæ is , à quo spī ritum

ritum secluserit acicula, vellac admixto pilo ma-
le per fauces elapso, ac quem bombarda disper-
sit in auras; Et utra uis ratione perimens homi-
cida sit, siue supino metuicamine dato, siue non
captata occasione pernici momēto temporis mu-
tabili.

Quid ergo malum est in eis consilijs cum dicto
citius indicunt medicinas alias, atque alias syn-
grapha cubito prolixam magno, nisi fraudare gen-
tes, interimere, nouam Medicinam inuehere
contra euntibus sancitis legibus, Et praeceptis ve-
tustissimis, ut ille physicus Ascifias in oppositum
rationi mederi consuetus ubique, μορύχου tamen
μωρότερος est qui iam tritissimas antiquorum ve-
stigys semitas linquit, Et nouas ingrediatur; Ab
illa nunquam recessit Galenus, nec sibi fuit adeo
pulcher in curandis agris absentibus, ut quid vo-
luerit faciendum mandare: rogatus enim consi-
lium à Ciciliano profilo laborante noluit temere
præjudicare, verum scripsit huic purgationi Dio-
nysius Athenis degens moderabitur, dum cogno-
uerit accuratè quo nam modo præpurgatione cor-
pus preparare oporteat; Et quanto inde pharma-
co expeditat uti, diuinare non licet mihi, Et ad-
stare

stare negant tempora; si quid amplius indicij,
aut pietatis, inesset nouis professoribus haud se-
cūs & ipsi medicinam facerent ac priores assue-
uerint, nec ita deprauarent, & funditus euerte-
rent, curandi Methodos; Tu, qui sāpē, nec sine
indignatione, vocaris in consilium deplorati popu-
li regaliter tractati manibus imperitorum quid
sentis? meam quidem ignorātiā statim arguo,
faciuntq; illi ut plus intelligendo nihil penè intelli-
gere mihi videar, nescitq; celeritas animi circum-
spicere causam ullam, quamobrem sic medice-
tur aliquis histricula, & liuida mentis homo, nisi
more Andabatum circa morbos versetur, ad pe-
destumidos intendens actiones, cum sit aliquan-
do fons mali in capite, ut fecit in Leone illo Iu-
daeo non sanè inhumano: namq; ut digito rem-
monstrem, vir clarus Georgius Binchelouerus
secunda senio proximior occulta laborans febre
bilioſa iussus erat calidorum medicaminum sim-
pliciter iuſcula sumere feruidiorum succorum
temperationi, quos in quartadecima volens edu-
cere, qui praeerat cura, precipitavit eum in gra-
uiora prioribus symptomata, quibus nisi fuisset
aliter obuiam itum, erat de illo iam actum; No-
bilis

bilis item Georgius Leopoldus Medici dignissimi
filius olim sub ardente sirio cum pilulas vocatas
de hermodactilis , quibus penè caremus , deuo-
rasset ad quadragies laboriosissimè secessit ; Ad
hos alius frigidiore stomacho , consenescens , exte-
nuatus , acetisquillitici , pancratici potius nomi-
nandi , (squilla nam vera rara est) non modicā
bibebat quantitatem , perpetuo maiore exaucto
dolore , sicut alij eadem medicina usi ; percuncta
tus cur nam sibi viscum pararet queribundo ;
quia præscripserat , inquit , Doctor ; tanta est
autoritas in homine , qui alogos persuadere ver-
bis quaat aliqua facienda in sui præsens detrimē-
tum : præstans est opere , non admodum autem
fæliciter prædictione : quoniam de venerabili sus
fraganeo decumbente prænunciauerat , sic cras
erit solutus ; fuit ille sanè solutus , non quidem
morbo corpus , sed animus videlicet corpore ;
ita contingit quòd aliquis , ut ait Phylosophus ,
οφθῶς μέν λγεται , οὐχ , ιδότος δι: dato enim phar-
maco , quod esse roscarum conseruam dixerat ,
sic eduxit prospere quoad perendino die vitam
cum morte commutauit : In his quidem malis
ut quisque sit sus , an Minerva , proditur : simi-
les

les enim sunt Medici nauium rectoribus, qui
mari tranquillo, sicuti nunc est, dum brevia lo-
quor halcyonijs diebus, nauigantes si quo impe-
gerint non apparet tamen, exorta verò tempe-
state, & puppi ad scopulos illis a naucleri impe-
ritia detegitur, sic illi curantes homines in su-
perficie laborantes licet errent, latet tamen alios
peccatum, quando verò periculosus incidit mor-
bus, nec ars, & ingenium, conueniant, in aper-
tum venit lapsus vita discrimine subsequito;
quemadmodum in superioribus, & innumeris
eiusdem tenoris à te animaduersis, unde velu-
ti è fibria de toto hominum iudicio, & textu sa-
namentis, iudicare liceat, quove zelo salutis
mortalium ducantur pleriq; Tum quoque in-
telligere in quorum manus res Medica venerit,
sapientum ne; Sapientia quidem preposta fa-
ctorum namq; horum consuetudo sola dulcis est
cum sui gregis, & garrulis, ociosis, cum libris
insuauissima, nec metus est eos agrotatuos ni-
mia lectione, aut quod sinu gestent semper in ma-
nibus vigilantes, & sub capite dormientes, at q;
Plato Sophronis libros, & alijs diuersos habue-
rint; nunc excusant occupationes Mercaturæ,
suorum

juorum nominum rationes, domesticas curas,
modo rigor hyemis obstat, alias feruor aestatis,
interdum autumni periculosum cælum; cibo, po-
tuq; repletos diuersus à Musis furor agitat, &
sanitatis, aiunt, habendaratio, cum stomachus
nondum concixerit; ieunis obstrepit fames, la-
trat cibi lagena, nec quietis sedere vacat; Itaq;
non explicitos apud hos offenderis codices, nisi ac-
ceptæ, & expensæ, summam continentes, non
clepsydram temporis auari dimetientem, aut
in horum medio lychnuchus cum ardente face,
vel candela, spectatur, ut quibus nullum pro-
pè sit studium professioni sua laudabiliter incum-
bendi, non animi virtutes exornandi, sed pe-
cuinis affectibus alligati, terrenæ rei sectatores
eorum curtam suppellectilem ut in dies magis
deducant nequissimi conterraneos, qui publicis
incommodis vel gratis delectantur, & bonos for-
unis omnibus exutos ad incitas redigere; Ex
his quoq; initij exorta quondam fuit artis Me-
licæ abominatio, & eius penè cognitionis obli-
lio, sine qua tamen nullæ gentes degunt; hinc
Medicorum exilia nullam capitalem legem te-
tentium quamvis multos interficiant, more no-

uo regnantium, qui plus dicoꝝi πασῶν differunt
ab integerrimis, sanctissimisq; veteribus Hippo-
cratice secta fautoribus, & nostro Diuo Lucae
Antiocheno Piladea deuinctus amicitia cum
sancto Paulo, qui Medicinam Damasci exer-
centes ipsissimam Germani Medici, aut Escu-
lapij, qui rudem adhuc, ac vulgarem, scientiam
paulo subtilius excoluit, si Celso credimus, Ico-
nem representarunt antiquitatis vniuerso con-
sensu prius expressam; Virum nemp̄ grauem
doctrina, moribus, & annis, quisit & in seip-
so totus teres, atque rotundus: nam capitis ca-
nitiem, rugas frontis, etiam fatuis, ac morio-
nibus, adfert etas, masculam verò rerum cogni-
tionem usus multorum, lectio, atque obserua-
tio; Præcox Prudentia non probatur eruditis,
quod sensim lapsu temporis certa ferè tantum so-
leat accedere; Throno insidentem, quia sedato
debeat esse animo, sublimi semper, & in statione
tranquilla collocato; Quis autem studere potest
opibus, ut animi tranquillitatem non perdat?
Omni perturbatione liber, neque vagus: Ut
enim sapientiam sequi non est prolixam barbam
dimittere, compositum incedere, sic neque palliū
ornatum,

ornatum, per amve, circumferre; Insuper etiā
tanti fieri debent vocula maleuolorum quanti.
Socratem fecisse legimus in Aristophanis Nebu-
lis, dum conuicijs acerbioribus proscinderetur:
qui non magis agrē tulit in theatro atque si in
magno conuiuio salibus morsus esset; Laurea co-
ronatum; quoniam sit cumulatissima laude me-
ritissimus, ut ego interpretor; Aut ob eximiū,
E⁹ immortale, ex arte salutari, decus; Sceptriū
gerentem, dignitatem, E⁹ potestatem Regiam
simul in agrotis exercitam representantem; non
quomodo palpones isti mancipiorum ritu mor-
bo laborantibus inseruentes obsequiosè, secumq;
menses longos cyathis spumantibus ad ebriosita-
tem strenue certare soliti; Et ne foras ignari de-
pellantur colacie scuto confidentes nullibi non
sunt accepti.

Propterea lepidissimè scribitur, quo quisq;
in hoc numero pinguior, audacior, egregiè per-
fricta facie, loquacior festiuiter aduletur, E⁹
quasi choraules ad aurium, E⁹ sensuum volu-
ptates modulans longam splendidissimorum mē-
diorum superaddat coronidem, tanto pluris
fieri apud torquatos admittentes unum consi-

lium cerdonis prolatarij, non etiam sapientis;
(nescit enim liber, & erectus animus nisi a suis
dominari) Insuper Medicinam nihil aliud esse,
Socratis etiam sententia, quam quintam assen-
tationis, sive potius deceptionis septimam, qui
perfectus est numerus particulam; Bacillus itē
fuit additus nodosus, scrupos, & labores, Ar-
tis, multiplicemq; percipiendorum in illa diffi-
culturam, subindicans; Draconem iuxta adsiste-
re, mea quoque salutis simulacro pingitur, cor-
nutum tam propter euigilem tollendis agritudi-
nibus exoptatam diligentiam, quam quia prae-
stamus, ut humana corpora velut infirmitatis
exuta Leberide in pristinum vigorem iuuene-
scant; Adiunctum quoque gallum fecere vigi-
lantissimum nempe animal in Medico somno-
lentiam, torporemq; corporis, redarguentem;
Nos autem qualernam vigilantiam, aut sedu-
litatem, requiremus in eo, qui conuiuorum in-
sanis apparatibus inuolutus, hoc est hostibus stu-
diorum sempiternus amicus, perpetem noctem
iudens alea, latrunculis, pictis cartulis, poculis,
grandioribus, pateris certans temulentus ad-
buc, & non edormito villo, eructans pro con-
ciro

cilio petatur? Canem postremo subiiciebant animalculum fidelissimum: nulla res enim magis decet medicum, quam fides integra, puraque laborantibus; ea enim sicut in monumentis historiarum legitur; Philippum Acarnanem Magno illi Alexandro commendatissimum redidit, quamvis parricidij suspicione suisset ipse apud Imperatorem delatus.

Iam ergo si conferamus huius venusta imaginis colores expressos, & assignatas dotes Medicas cum nostris patebit aperte non alia fermè ratione similes esse, quam cubus numerus cum magnitudine non terminata propositione respondeat: habet enim maior eorum pars nihil penè cum prioribus Medicis commune: Quoniam plerique horum natione penè Cares, quamvis iactabundi de Natalium splendore sint, ad Medicinam nunquam de industria, aut veritatis desiderio pellecti, appulerunt animum, queis nil cum cyrrha est, nil cum Parmesidos vnda, solatamen ditecendi flagrantia suas hic omnes cogitationes intenderunt, ubi præcipua ignorantis pars cum arrogantia coniuncta præstansimos esse medicos elatis tristis se existimant,

aptiores

aptiores aratrum ducere, asciām, securim, mal-
leum, tractare, nauiculatores, aurigas, cal-
cearios, esse; Hi sunt illa corpora moribus ob-
scenis prædita, nulla pietate, nulla fide, sed om-
ni malignitatis labe infecta propter Martis, cui
medicina sūit adscripta, & scorpij, influxum;
quorum ratione fit quandoque, ut boni, docti,
candore animorum Cygni, male vulgo audiant,
libere quidem educati, non ut isti de contem-
ptissima stirpe suscepti Dipsadis, aut Reguli,
infensiōres linguis ubi contraius omne numma-
ti euaserint, atque insuper perditissimi, quod à
diuitijs malorum, ut aiunt, mare profluat: id
est maxima pernicies erumpit meo capiti, &
internicina populorum calamitas eo usque per-
seueratura in dies magis exaucta quoad beni-
gnūm numen aliquod intercedens effrenatas di-
ctorum mentes totam penè vetustam artem
Diuorum inuentum peruerentes condigno sup-
plicio reprimere studuerit: Sic enim perspectissi-
mè fore video, quod potiores medici studijs, &
mundanae utilitati, superis dati promeritum
suis virtutibus, & bonitati, locū nacti salutifera
mihi De& fauentes incolumentati Gentium ferre
suppe-

suppetias amantissimè voluerint; Nec mihi post-
hac erit amplius querendum, quòd descriptæ
quasi pecudes familiam mortalem curæ meæ Di-
uis creditam pergent suo vel solo gestorum pœ-
dore contaminare.

Desierat iam tunc ictus aer implere meas au-
res, aut res interiore numine, & animo, cu-
ius pars singularis est suusq; cuiq; Deus, con-
ceptæ videbantur scripta voce iam finiri posse,
quando occæpi rursus ad carceres sermonis hu-
ius sensare uocare, sic memoria recolere mecum
præcipua disputationis capita, Quæ declarant
humana cumulo miseria non parum accessionis
fieri à trium dictorum avaritia, aut ambitio-
ne, non mediocribus per fidem causis, ob quas
Primarum Disciplinarum multæ fuerint à stir-
pibus subuersæ; neque pristina medicina vesti-
gium propè ullum supersit; Cuius panoletibia
tenantur ex pietatis debito & iustitiae officio,
præbere auxilium ij, qui pro summa potestate
à Diuis concessa sibi temperant habenas rerum,
atque virtutes tollere, vitia deprimere, malo-
rum radices extirpare funditus instituerint:
Aequissimi propterea Nomothetæ cauerint, ne
quis

quis Chirurgus habeatur aptus operibus exer-
cendis manibus nisi prius ab integro , prudentiō
medico fuerit probatus ; Instabunt cateruatim
duri obijcientes Priuilegiarij sumis , lex priua-
tis nobis fuit irrogata , qua permittitur , nostro
senatui , populoq; Tonorum , conscribendi , vel
coaptandi , in nostrum dignum ordinem quos
conensio generalis calculis albis deliberauerit ;
hae nostrae partes sunt , nec ista cura spectat ad
alios ; Esto sic priuilegijs nihil abrogetur ; olim
dum fuere concessa diuer os arbitros tenebat
ars , qui manibus intremulis diligentiam ma-
gnam per experientias praestabant ; nunc quam-
raro nisi temeto referti prosiliunt in operas ut
vespillonum gregem referant non suam , quatu-
ment , audaces personam ; Neque posthac sic
opinionibus eorum facti belli tot ferramenta ,
tot vestes , tot fistucas , & sublicas , euellendis ,
perfodiendis , corporibus admoueant maximè
periculose laborantibus , nisi grauioris existima-
tionis , & insignis doctrinæ , vir adstiterit ; mi-
nusq; audeant purgationes illas suas celebres
cuiq; præbere ; pessimares enim est consuetudo ,
qua diurna usurpatione malefacti alicuius
introducit

introducit usum, ut ne quis inde admiretur; si
lapicida vellet monile facere, calceatum equo-
futor, soleas borri, redarius curru relicto nau-
gare, non minus forent ridiculi ac soleat simia,
crustum panis dum nititur extendere; Nec si-
nitur multis in locis ullis nisi suam artem tracta-
re, non licet cuiuspius pictorem esse, aut maleum
non sumpserit in manus impunè, qui non sit fa-
ber; dare verò medicinas, hoc est interficere gē-
tes, cuique permittitur, & ut quisque inter ar-
deliones loquendo polleat fmpator humanae vi-
tae, necisq; subito euadit; Sed non sit volenti in-
iuria, cum succedat aliquoties ex accidenti per-
curatio; Qui non amentes sunt ita secum repu-
tant; si clavis nauis non committitur nisi peri-
tis nauigationum, quod quatuor vectorum,
aut paucarum mercium, sit periculum, quanto
infruniti animi sunt illi, qui corporis omnium
diuitiarum pretiosissimi curam demandant cui-
libet. & istis balnearijs; ob id condigna pœna
plectendi, quando temerarij pharmaceuticam
partem contigerint precipitatum, antimonium,
voratra tithymalorum species, & huius farinae

L deleteria

deleteria medicamine sibi domi seruata præben-
do; flammat decreuere patriæ leges istis, quo-
rum instar unus est impudētissimus rabula qua-
libet toxica dare promptus numerato spongia
siticulosior auri, vita, corpore, ore, portendēs
immensam aliquam voraginem, aut gurgitem,
vitiorum, turpitudinumq; omnium; Cuius au-
ritiam, fœditatem, mendacia, dolos, reprimere
non mediocris sanè fuerit negotij, Et nisi vita,
necisq; dатores Patris Oceani Sceptrum finxe-
rint cum illo nūquam mores opicos exuerit, quo-
vis equuleo, quolibet vno, meritissimos: nam
contrivit totos suos dies in istis, Et assuetudo fre-
quens habitum non facile mutabilem accersiuit;
huic Generoso prædoni minatio sortis Attilij, vel
sæmor alia animaduersio, ne quid grauius im-
precer malo (optimè namq; volo hinc cohorti, si
nihil omnino putidi lanx eorum diuendat) vix
erit terrori ut à suo decipiendi proposito reuella-
tur, Et cum eo gregales sui, quicunque sint, ut
ille, nocentissimi: Dum viuit ipse tamen fauto-
rum suorum gratia, (si modo vlla inter malos
gratia est) ne quid caussetur deterius suomet re-

te

te implicabitur si nempè Syleni secreta reserentur, si latrinaria officina, lustretur; Habet ea cuniculos, recessus popinales, angulos sepositos, remotos loculos, umbraticos inquirendos ubi vulpecula calat pulueres antiquos, veterinaria remedia de promenda veluti de cumera quando rescitum fore neminem timeat, totam deniq; Sylam pecunia cudendæ sine incidine: Conficit enim aurum è latamine, quod in suam apotecam, vel oletum potius deducit, quasi per oculatas cloacas foribus diuersissimis refertas, ut nō sit minus negotium purgare illam cum stabulo vicino sibi, quam fuerit propemodum Herculi Augie; Dicaturq; multa ne quid medicamenti maximè laxantis aluum penitus exponant, vel diuendant, nisi schedula, aut litera, publice noti viri medici proseratur; transgressoribus nō ignoscatur: Getticus enim est, qui clementer agit in istis grassatoribus aperte cognitos, & obscuros, expoliantibus amicos pariter, & inimicos a quo discrimine tractatis; Nullum parent multiplex pharmacum nisi discretis à perito viro simplicioribus; Non mercimonias pro sua libidine indi-

cent, sed quanti vendantur equus taxet iudex,
scitus præcipue, quæ stato valore mercamur, nec
more annonæ singulis aliquando mensibus va-
riabilis.

Longè plura moderanda forent, quæ pro mea
virili effecta velim, ἐτελεσμένοις εἰς τελαῖς σάργοις, καὶ τε-
τελεσμένοις εἰς αὐτοὺς; veruntamen Medici præsertim
cognitionis eximiae, aut prudentiae, nullius no-
minis, ἐταύτης autoritatis, nouas ferre leges non est,
ut nec etiam suscipere omnium curationem, aut
non parituris aliquid mandare; qui anemo ra-
tionalis, nisi sit Laro stultior, ut nec surdo fabu-
lam narrauerit, non intemperanti medebitur,
neque malum benè conditum mouere agredie-
tur; quod faciunt οἱ, qui rem, non ἀγρι commo-
dum, spectant, ἐταύτης sordiditatem fiducia
salutis certa prætexunt imperiti morbos sinistra
curatione nihil aliud, quam exacerbantes; Hoc
loci si rationis errandi variae refelli à me debe-
rent, non deessent clamantes οὐδὲ λαλῶν νεκεῖτων
ὅστις τοιῶντα γε πείζοι, etiam si nil obstet quin aliquis
peccare nescius, ἐταύτης urbanus, villa perosus, de
agricoltura, ut de peccatis alienis, scribat, hac
detec-

detestando , illam celebrando , loquaturq; secus aliquoties ac viuat : quoniam Seneca moribus sanctissimus penè ab omnibus creditus obscenissimè tamen quandoque scribit ; & Aratus Astrologiae quidem ignorus ornatissimis autem , atque optimis versibus de cœlo , stellisq; , cecinit , Cicerone teste ; Gardanus olim mihi praeceptor nemine celebratissimus in Medicorum vitia multa contorsit , damnauitq; errores , inter quos execrando sunt illa nempè cum ineptis , dolosisq; pharmacopeis clanculariæ conspirationes ad extorsionem pecuniolæ maioris iniicem deinceps partis eradæ.

Sancitum ob id est à bonis Principibus , ut nemo studeat huic arti , si qua necessitatibus affinitas intercedat cum ipsis : quoniam nullum scelus est tam nefarium , quod non perpetretur ab iniquo , nisi pœnæ formidine remoretur ; & otiosè dormiunt , si quando patrocinetur eis Medicus ; Atque ego non mediocrem consolationem percipio , nullo me sodalitio coniunctum istorum collegio ; ut neque cum nugipetis aliquibus idem me sapere , quod iniquis , aut inhumanis , nugis ,
quas

quas eis Polyceros, & alter obstreper tubulo, de-
me obtrusserit, (inquietis enim, & stolidis, in-
genijs euenerit, ut leui rerum suspitione ferian-
tur) effectum sit ut planè reputem Diuino ore
fluxisse verbum illud, scilicet in vita hoc esse tu-
tissimum, nulli prorsus credere ; digna profecta
sententia, quænotis aureis incidatur columnis,
templorum portis describatur, annulis inscalpa-
tur, ut quæ tantopere expeditat semper cuiusq;
obseruari animo, præcipue Phylosophi, qui supra
mortaliū statum constitutus minutam plebe-
culam cum simplicioribus contemnere, quamuis
hic benè de se dicat, & ille male, si modo aliquis
Cato, Marius, Lelius sapiens, alter Cato, si duo
Scipiones (habet enim & hæc atas tales viros)
bene opinentur de illo, quod disþlicere malis lau-
dari sit ; Non primates indignius ambire, &
nutus, aut præscripta, eorum vivere, quo dite-
scas, episcopenve aliquam aucuperis, quamuis
enim Fortunæ bonorum plus eis Natura concesse-
rit corporis tamen, atque ingenij dotes sic imper-
tita est nobis ut magis sibi queat sufficere prudēs
quam illi mutuis hominum auxilijs egentes; Ho-

rum secunda per flati aura Medicorum quidam
suā tegunt errata mox in pænitudinem abitura,
soli sapientes habentur, soli consuluntur (quod
Et Galeno male erat non agnosci doctos) vehe-
mentissimisq; malis vni mederi volunt in oppro-
brium medicinæ contemptum bonorum perni-
ciemq; gentis, est enim prona ad errores ars no-
stra, nec exactam certitudinem crebro videre
contingit, non valde tamen delinquentes Hippo-
crate probantur.

Et ideo scite dictum est à Priscis, quòd unus
arbiter, aut testis, vel sciens, nullus prope est;
Pereunt multi, periereq; non pridem valde sp̄le
didissima iuuenes fæminæ, ne tantillo quidem
leuaminis per aliquot annos decumbētibus per-
cepto ab innumeris remedij s reuera contrarijs,
quæ nil unquam iuuerint; quia simplices se cre-
diderint uni tantum Iano Bifronti fortuito so-
lum curanti, trilinguis maius premium sferan-
ti ab adulacione, scurrilibusq; nanijs, immundis
scommatibus, quæ m suæ virtutis specimen ex-
pectet; ob id omnium doctissimus maledicentia,
detractionis, Et assentationis in arte semper,
Et valde

Et valde admodum strenue cum sermo incidit
de candido aliquo, Et doctis omnibus exoscisla-
to Medico, qui dum pro malevolentia reponere
benevolentiam, pro conuictis amicurn sermonē,
pro deuotionibus Christiano dignas preces soleat
mearum quoque partium non esse video Cynice
plura de aliquibus erroribus dicere, ne quid im-
pudentiuscule culper de castissimo ordine medi-
cinae scripsisse, Et suffragio totius Comicorum
Poetarum manus in eam venenatos sales om-
nes effudisse, dumq; inscitiam alienam insector
meam temeritatem prodidisse exsibiler; Illud
addam tantum me summoperè gratulatum in
bonis, Et doctis, si, qui deprehenderentur su-
cum ullum facere, non honeste fideliter suum
munus explere, sordidis, Et abiectis questibus,
vacare imperio maiorum rapiantur in Asel-
lum veterem, plagosum, Et conuersi tergore
cauda pro loris seruata manibus utrisque cir-
cumducantur per fora, per vicos, per plateas,
puerorum subsequita turba clamante Io Re-
ge, Triumpha, qui tot insontes nullis telis, aut
armis bellicis, sed medicinis tunc in diabolica
instru-

instrumentata culpa conuersis; Nam mos hic
quoque laudatissimus retinetur in Monte pessu-
lano vetusto Medicinae Gymnasio magno spe-
ctantium solatio, & clarissimorum Medicorū
risu; Quos interim sane spe foueor putare non
egrè laturos me nulla priuata perturbatione ia-
ctatam, nullis gloriae stimulis percitum, ut hunc
sti alicuius laudem comminuerem, digressum à
seuerioribus studijs huc diuertisse, sed quia vi-
cem publicam veritatis inquisitorum dolebam
dum vitium locum virtutis occupasse in istis præ
cipue locis, & nescios pro doctis, (absit omnis
liuoris suspicio) laruatos pro purissimis, haberi
comperiſſimum tenerem; Noſtræ ſplendor ar-
tis ignorantiae tenebris multorum perſtrictus, di-
gnitas inſignium rogantium me ſcribere depre-
ſa, communis cætus humani ſalus, & utilitas,
mecum quodammodo iure Natura debitum
munus requirebant; Ob id quaſi per transen-
nam preteriens, & inspectis strictim dictorum
moribus calamo notare non artis, abuſus, ſed
eius professorum, iuuit; Quamuis omnes intelli-
gant Imperatorum, & orbis columnarum, fo-

M re

re veteri Medicinæ decus suum , suas partes integras restituere , nemo tamen minus bellè mihi velit , oro , si quid liberius fuerim de nigris quibusdam præfatis ; Qui se nunc impuritate sua cōscientiæ per tristum senserit Leonina pelle depo- sita qualis qualis homo sit , an Medicus , se de- claret , meq; licet eruditali cuiusdam , ast pu- rioris Philomusi , secisse comprobet officium , at- que hanc quantulacunq; sit , opellam nostram , quisquis est Lector pectore candidus non subito le- cto titulo reijciat .

F I N I S.

